



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1869**

De S. Bertrando, Archidiacono Tolosano, Et Convenensi Episcopo In Gallia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67915)

A gratiam in donatores et benefactores vulgo fuisse collatam : ex quibus si quis Galterii dicta explicare velit, ego quidem non obstabo. Certum saltem est Galterii verba non crude accipienda esse, quasi comes Fuxensis, seu Appamiarum, ejusque uxor, et liberi vitam monasticam amplexi forent. Etenim ille idem comes, qui ab anno 1073 usque ad annum 1121 Fuxensem terram obtinuit (a), nedum monachalem cucullum induerit, anno 1095 crucem assumpsit (b) et in Terram Sanctam profectus est. Præterea multum abest, ut semper monachis faverit; quinimmo excommunicatus fuit ab Urbano II et Paschali II, quod illorum terras occupaverat; et diu Sedi Apostolicæ rebellem se præstitit: ut habemus ex authenticis instrumentis, Gallix Christianæ (c) et Historiæ Occitanæ (d) insertis. Verum facile fieri posset, ut hic amanensium error irrepserit: etenim nondum his temporibus comites Fuxenses Appamienses dicebantur; quod nomen ortum videtur a castro, quod Rogerius II, e bello sacro redux, juxta abbatiam S. Antonini condidisse perhibetur (e); atque adeo anno 1111 primum occurrit id castrum Appamiæ agnominatum (f): alias atque etiam diu post Fredelaz, Fredeleiz, locus Sancti Antonini, etc., dicebatur. Deinde Galterius paulo infra eundem locum consueto nomine indicat, scribens num. 9: Egressus itaque de eremo pervenit usque ad locum, qui dicitur AD VERUM CORPUS BEATI ANTONINI MARTYRIS, qui alio nomine nuncupatur FREDELAS: en duplex nomen a Galterio relatum; qui fit ut hic loci omiserit Appamiæ, si superius comitem Appamiensem scripserit? Id itaque potius ad-

B

(a) Hist. du Languedoc, t. II, notes, p. 586. — (b) Ibid., p. 287 et 288. — (c) T. XIII, instrum. col. 88. — (d) T. II, instrum. col. 378 et seq. — (e) Gall. Christ., t. XIII, col. 150; et Hist. du Languedoc, t. II, p. 358. — (f) Ibid., locis

mittendum videtur, hic non agi de Fuxensi comite, licet nos lateat quem indicare voluerit Galterius.

m Quis ille mons sit, nulli me docent libri, neque chorographica tabulæ. Ut ex itinere S. Anastasii, Cluniacum paulo post redeuntis, patet, meridiem versus Appamiarum jacet.

n Testimonium est, servatum tum fuisse consilium, quo nemini soli concedenda suadetur ab asceticis vita eremitica. Latius vide de hac re præcellentes Disquisitiones Monasticas Haesteni, Afflighemiensis præpositi (g).

o De S. Antonino Martyre ample disputavit Stillingus in Opere nostro ad diem 11 Septembris (h). At nihil istic proferre ei licuit quod ad hanc Reliquiarum translationem, aut capsæ mutationem pertineret; neque nobis fuit datum quidpiam reperire, quod certo tempore hoc factum annectat. Sine temporis nota narrat Petrus de Marca, Benearnensis historicus, ex Fuxensibus scriptoribus, Reliquias S. Antonini Lezatam multa cum solemnitate translatas fuisse, Rogerio II eas sub pallio suo portante. Cum inde forte relatæ sunt, facta fuerunt quæ hic narrantur. Notandum insuper est, quod, cum hic locus detorqueri non posse videatur ut credamus id temporis caput solummodo S. Antonini illic servatum fuisse, non vero totum corpus, facile intelligitur quanti momenti hic Galterii textus sit adversus scriptores Historiæ Occitanæ, qui sensere (i) corpus S. Antonini Fredelas, seu Appamiæ delatum fuisse tempore sacrorum bellorum; quibus anno 1095 tantum initium datum fuit. Caterum aliis argumentis fuse jam refellit Stillingus (k) hanc opinionem.

cit. — (g) P. 283 et seqq. — (h) Act. SS., t. Sept., 340. — (i) Hist. du Languedoc, t. I, p. 623. — (k) Act. SS., t. VI Sept., p. 349 et seqq.

## DE S. BERTRANDO,

C ARCHIDIACONO TOLOSANO, ET CONVENENSI EPISCOPO

F IN GALLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. S. Bertrandi festum die XVI Octobris proprie celebrandum; ejus biographiæ, earumque fontes; de initiis monasterii Scalæ-Dei.

GIRCA ANNUM  
MCXV.

S. Bertrandi, XVI Octobris celebrandus in Martyrologiis,

Silet hodierno die Martyrologium Romanum S. Bertrandi nomen; neque alio die silentium illud rumpit. Verumtamen per totam fere meridionalem partem Gallix viget ejus cultus, atque adeo apud canonicos regulares unius alteriusve Congregationis olim invaluerat, et in ipsam Hispaniam et Germaniam jam pridem penetraverat. Ad finem hujus Commentarii, ubi de cultu agemus, has dioceses aliaque loca, quantum licuerit, conabimur recensere. Hic tantum notabimus, eum in quibusdam locis die XV, in aliis die XVII Octobris coli, plerumque ob alia concurrentia festa; unde explicandum est quapropter Saussayus, Martyrologium Parisiense et Ebroidense, non secus ac Bail-

letus ad diem XV Octobris de eo agant. Quod vero Ferrarius in suo Catalogo generali Sanctorum et Saussayus iterum de eo ad XIX Novembris sermonem habent, errorem esse inferius videbimus. (Vide ad finem hujus Commentarii.) Peyronnet, doctor sacræ theologiæ et parochus Tolosanus, in suo Sanctorum Catalogo, Castellanus in Martyrologio suo universalis, et Carolus de Caylus in Martyrologio Autisiodorensi soli mihi inter martyrologos occurrunt, qui S. Bertrandi festum diei XVI annectunt; quod recte ab eis fieri indubium est, quandoquidem hac die S. Bertrandi mortuus est, et in oppido et ecclesia, sua olim episcopali sede, multo cum honore celebratur. Jam ad ejus biographos stylum transferimus.

2 Ut

A 2 Ut nihil dicam de lectionibus, in ejus Officio recitari solitis, quas sat multas numero habemus, quatuor nobis cogniti sunt biographi, inter quos historiae ecclesiasticae scriptores non numeramus: Bailletus, et, qui eo hic maxime usus est, Butler vulgo satis cogniti sunt. Tertius obscurus est valde: nomen ei est Joannes Lastrade presbyter et praebendarius Convenensis; ejusque opusculum, cujus exemplar apud Patres nostros Parisienses adepti fuimus, editores Bibliothecae historicae Galliae latuit. Hunc autem titulum, quem ex gallico latinum facio, sibi praefatum habet: Relatio translationis partis Reliquiarum (une relique) S. Bertrandi Convenensis, recognita, castigata et aucta compendio Vitae hujus Sancti, aliisque capitibus; impressumque fuit Tolosae anno 1742. In praefatione fatetur auctor se nancisci nequissime primigeniam Vitam S. Bertrandi: quam ob rem Brevariis Ms. et impresso suae ecclesiae, Valesii Notitia Galliarum, Bailleti Vitae Sanctorum, Saussay Martyrologio, Oihenarti Notitia utriusque Vasconiae fere tantum utitur. Immixtis dissertationibus, quas ex concionibus, in jubileo aliisque S. Bertrandi festis ab ipso ad populum habitis, distractas esse arbitror, ad justum volumen excrevit opella: quocirca non multum nobis gratularemur hujus Vitae detectionem, nisi ei nonnulla de S. Bertrandi cultu inserta essent, quae alibi frustra indagassemus.

B 3 Primigenia autem Vita S. Bertrandi, quam modo Lastrade sibi defuisse dolentem audivimus, in Collectione Veterum Scriptorum Edmundi Martene (a), ex Ms. codice Floriacensi desumpta, prodit. Reperimus nos deinde duplex ejusdem Vitae apographum, utrumque a P. Petro Possino anno 1649 ad Bollandum transmissum: quorum prius, multo praestantius quam id quod edidit Edmundus Martene, sua manu descripsit ipse Possinus, cujus merita literaria recenset Bibliotheca Societatis (b); alterum vero, quod primam tantum partem, seu novem primos numeros capit, descripsit P. Odo de Gissej, cujus opera enumerat itidem Societatis Bibliotheca (c): inter quae Historia Tolosana Ms. citatur; cui forte illustrandae seposuerat laudatus Pater hanc ex nescio quo codice haustam scripturam. Ei praemissus est in editione Marteniana et in egrapho P. Gisseji sequens titulus: Incipit Vita S. Bertrandi episcopi, quae ad instantiam domni Jacinti sacrosanctae Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis, ad mandatum domni Willelmi archiepiscopi Auxitani nepotis ejusdem Sancti, edita est tempore scilicet Alexandri papae; a magistro Vitale apostolicae sedis notario, qui de provincia Auxitana oriundus fuit, qui vitam et miracula Beati Confessoris, ex relatione tamen archiepiscopi, et ab aliis qui eum viderunt in ecclesia sua et plene noverunt gesta ipsius, et fratribus Scalae-Dei Cisterciensis Ordinis scripsit veraciter fideliter tali stilo. In optimo tamen egrapho P. Possini legitur tantum: Incipit Vita S. Bertrandi edita a magistro Vitali sacrosanctae Sedis Apostolicae protonotario; ex qua diversitate dubium fit auctorine an amanuensi tribuendus sit hic titulus. Ut vero magis lectori pateat, quanta sit hujus Vitae auctoritas, paucis disseremus de tempore deque occasione hujus scripturionis, et de fontibus unde hausit Vitalis.

C 4 Variæ sunt sententiae auctorum, qui de tempore, quo Vitalis S. Bertrandi Vitam conscripsit, dixerunt. Fabricius in Bibliotheca Mediae et Infimae Latinitatis, lib. xx ad vocem Vitalis (d), affirmat Vitam S. Bertrandi circa annum 1123 scriptam

fuisse. Bailletus in tabula critica auctorum, tomo VII Vitarum Sanctorum praevia (e), ait Vitalis scripturam quadraginta fere annis post S. Bertrandi mortem factam esse; ejus vero mortem anno circiter 1126 annectit. Collectores Bibliothecae Historicae Galliarum (f) audaciori passu incedunt, et Vitalis opus ad annum 1166 referunt. Equidem tria tempora distinguenda esse duco: primo enim certum est postremam Vitae partem, numeros saltem ultimum et penultimum, exaratos fuisse post mortem Gulielmi archiepiscopi Auxitani, ad cujus mandatum Vitalis susceperat provinciam S. Bertrandi gesta conscribendi, et qui anno 1170 supremum diem obiit, ut Gallia Christiana (g) docet. In penultimo enim numero narratur miraculum Cantuariae in Anglia ad tumulum S. Thomae archiepiscopi factum; verum hic Sanctus, ut in ejus Vita (h) traditur, obiit iv kalendas Januarii anni 1170. Ipso narrandi modo distinguitur etiam haec pars a reliqua Vita; cum exordietur his verbis: Alio quoque tempore accidit in Francia sabbato Pentecostes, etc. Quae formula, licet alibi non minus quam hic necessaria, nusquam apparet. Cavendum tamen est ne quis multo recentiore hanc adjectam laciniam faciat, quandoquidem in ea agitur de Sancto Parra, qui S. Bertrando coaevus fuerat, et verisimiliter etiam tum vivebat.

D 5 Reliqua pars, qualem reliquit Vitalis, integra aut fere integra scripta fuit inter annum 1167 et annum 1170; quod enim post annum 1167 scripta fuit, luculentum id facit sequens testimonium, ex numero 29 ipsius Vitae desumptum: Ego (Vitalis) quoque indignus servus Christi, et Auxitanæ Ecclesiae clericus, qui hoc opus scribendi accepi ex mandato domini Vileumi archiepiscopi praebatæ sedis, et sanctitatem et miracula B. Bertrandi tempore schismaticorum, quibus sacrosancta Romana Ecclesia multarum turbine procellarum fluctuabat, significavi Alexandro summo pontifici, viro catholico, in palatio Lateranensi, in praesentia venerabilium cardinalium. Quae verba sine ulla fere ambiguitate respiciunt ad concilium Lateranense, anno 1167 celebratum, ut inferius demonstrabitur. Quod autem ante annum 1170, obitualem Gulielmi III Auxitani archiepiscopi referenda est dicta pars, evincitur ex altero Vitalis testimonio, sic num. 11 sonante: Sicut hujus Sancti (Bertrandi) virtutem, ita quoque et illius (Gulielmi III) religionem, cujus causa praesenti instamus proposito, multis ut veris audemus efferre praeconiis, sed non praesumimus, cum sit scriptum: Lauda homines post mortem, magnifica post consummationem. Sat clara sunt haec dicta ut commentario non egeant, omnesque cavillationes praescindant.

E 6 Ex praecitatis verbis Vitalis, se Romam S. Bertrandi sanctitatis exponendae causa perrexisse narrantis, liquet eum jam per aliquot tempus ante annum 1167 in S. Bertrandi gesta et miracula inquisivisse, eaque notasse; dubium autem non est magnam partem primae hujus scripturionis hic insertam esse. Quanta vero pars et quae sit, quam primum edidit, determinari forte potest ex egrapho P. Gisseji, quod num. 9 desinit his verbis: Manifeste datur intelligi, et occulta fide constat esse perspicuum, quod S. Bertrandus, Convenarum episcopus, fidelis Christi servus et prudens, cujus vita innumeris refulsit miraculis, postquam migraverat a saeculo majora noscitur beneficia praestitisse: more enim solito, et multo frequen-

D

E

reliquam fere inter annum 1167 et 1170;

F

materiam vero collegit maxime ante annum 1167.

(a) T. VI, col. 1021 et seqq. — (b) Allegambe Bibl. S. J., p. 691 et seq. — (c) Ibid., p. 641. — (d) T. VI, p. 302. — (e) P. xvi. — (f) T. I, numm. 8093 et seq. Edit. 1768. — (g) T. I,

col. 986. — (h) P. Roger., lib. II, cap. xx, in Chr. Lupi oper., t. X, p. 49.

tius

A tuis postmodum mirabili virtute coruscavit signorum; statim namque omni mora postposita, Domino disponente, virtutes renovantur sancti pontificis, declarantur et signa copiosius. *Editio Marteniana et ecgraphum P. Possini habent eadem; sed quæ subnectuntur, liquido postea addita fuerunt.* Rite ergo a me tria tempora distincta esse arbitror: primum, quod annum 1167 antecedit; secundum, quod tres sequentes amplectitur annos; tertium demum quod sat proxime annum 1170 secutum est. *His annotatis corrumpunt præmissæ opiniones contrariæ; imprimis opinio Fabricii annum 1133, a quibusdam tempore emortuale S. Bertrandi dictum, assignantis: testatur quippe ipse Vitalis num. 29, se, mortuo S. Bertrando, nondum pueritia excessisse et commoratum esse in pascuis cum quibusdam quorum cura erat armenta regere.*

scripsit autem ad instantiam Hyacinthi, dein Pape sub nomine Celestini III;

B Vitæ ex præmissis fere liquet: non quidem fuit instructio processus canonizationis, verisimillime jam antea factæ, ut infra videbimus, sed potius commune studium, quo Sanctorum Vitæ scribuntur, commonefaciendi videlicet lectores, eis in quocumque Sancto exemplar esse et præsidium: hunc fuisse scopum Vitalis ex universo opusculo satis liquet. *Ut ex titulo præterea novimus, instabat dominus Jacintus sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus cardinalis, et mandatum dederat dominus Willelmus, archiepiscopus Auxitanus: quod utrumque plurimum scriptorem commendat, ejusque fidem, egregiis his viris probatam, lectori magni faciendam exhibet. Ille enim Jacintus cardinalis idem est, qui anno 1191 ad S. Petri cathedram sub nomine Celestino III evectus est. Quod ne quis in dubium revocet, præsto est argumentum peremptorium. Toto tempore, quo Gulielmus III S. Bertrandi nepos Ausciis sedet, unus tantum Jacintus cardinalis diaconus fuit, atque hunc eundem Jacintum anno 1191 ad Romanas sublimatum fuisse infulus, nihil fere in universa Pontificum Romanorum historia certius est: mitto tum quæ de eo Baronius ejusque Criticus Pagius ad annum 1191 § 1 prodidere, tum quæ de eo habent Ciaconius, ejusque ampliatur noster Oldoinus (a): proponam tantum quæ decessor noster Papebrochius in Propylæo Maii (b) ex antiquo Pontificum Catalogo de eo protulit: nominum identitas indicatam quæstionem solvet: Celestinus, natione Romanus, ex patre Petro Bobonis, antea Hyacinthus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin, creatus XII Aprilis, consecratus die Resurrectionis, XIV ejusdem anni MDCXI; sedit annos VI, menses VIII, dies XXVIII, tempore Henrici VI et Isaacii Angeli Imperatorum. Obiit die VIII Januarii MDCXVIII, sepultus in basilica Lateranensi: et paucis solum horis vacavit sedes.*

quocum Vitalis vario tempore agere potuit,

C 8 Porro ille Jacintus, seu Hyacinthus, deinceps Celestinus III, renuntiatus fuerat cardinalis circa annum 1144 vel a Celestino II, ut placuit Ciacionio, vel a Lucio II, ut voluerit Panvinius et Aubery, vel ab Eugenio III anno 1145, ut asserit Moreri, aut ab Honorio II anno 1126, ut Novaes in Elementis Historiæ Pontificiæ (c) adversus hos aliosque, satis bono argumento nitens, probare conatur. *Ex quo vero cardinalitia dignitate ornatus fuit, plura existere tempora, quibus hortari potuit Vitalem ad Vitam S. Bertrandi conscribendam: nam, ut mitam tempora, quæ ante Alexandri III pontificatum cucurrerunt, venit ille anno 1162 Montepessulanum, unde missus fuit ad Ludovicum VII Galliarum regem, duos deinde continuos fere annos, nonnum-*

quam cum legati titulo, in hoc regno versaturus; porro a vero non absimile est Vitalem cum Gulielmo Ausciensi Montepessulano quoque degisse eodem an. 1162, cum concilium illic celebratum est, ut in Collectione Conciliorum (d) ex variis scriptis notat Labbeus, et cui sine dubio interfuit Hyacinthus, quandoquidem ejus nomen reperitur ad calcem bullæ illic datæ anno 1162 (e). Quæ tempora si minus placeant, superest annus 1167, quo celebratum est concilium Lateranense, et in quo, ut jam vidimus, Vitalis S. Bertrandi sanctitatem et miracula evolvit; cum vero huic concilio absque dubio interfuerit Hyacinthus, et ex sua in Galliis commoratio et itinere in Hispaniam tempore Anastasii IV, qui eum quoque legatum creaverat, suscepto (f), S. Bertrandi famam probe novisse debuerit, mirum non foret, si id temporis per instantiam, de qua in titulo sermo est, Vitalem ad scribendum impulisset. Quidquid demum de tempore sentiendum sit, Hyacinthi assensus Vitalis lucubrationi sine negotio vindicatur, eamque quam maxime commendat, cum ille cardinalium collegii socius non tantum summa in negotiis tractandis dexteritate, sed ut obvi ejus biographi asserunt, singulari quoque prudentia ornatus fuerit; quod ceterum satis patet ex epistolis, quæ supersunt et quarum septemdecim tomo X conciliorum Labbei, una in Supplemento diplomatum Miræi, plures in tomo I Thesauri anecdotorum Martenii, et in Collectione Historicorum Galliæ D. Bouquet exstant.

9 Non absimile quid dicendum foret de Gulielmo Auxitano seu Ausciensi archiepiscopo, Sanctique Bertrandi nepote: fuit quippe tum rebus gestis, tum animi dotibus commendabilis, ut colligere potest lector ex his, quæ de eo in Gallia Christiana (g) leguntur. Præterea legatus quoque fuit Sanctæ Sedis, quo munere Gulielmus II et Geraldus, hujus Gulielmi III in sede Auxitana successor, etiam gavisi sunt. *Ejus porro narrationes uberes fuerunt fontes, unde hausit Vitalis, ut indicatur in titulo et num. 10 et 11 Vitæ. Præter hunc testes adducit Vitalis Convenenses canonicos, aut ut titulus perhibet, alios qui eum viderunt in ecclesia sua, et plene noverrunt gesta ipsius, et demum fratres Scala-Dei Cisterciensis ordinis, ut titulus et ipse Vitalis num. 11 testatur. Verum hi de miraculis ejus tantum testabantur, non autem de reliqua vita, et potissimum nihil de ejus juventute nosse poterant: quod notet lector velim, imprimis si penes se habeat opusculum Lastrade, qui scripsit (h) S. Bertrandum ab avunculo suo Gulielmo II, Ausciensi archiepiscopo, fratribus Cisterciensibus abbatia Casæ-Dei, in finibus diocesis Ausciensis sitæ, creditum fuisse, bonis sanctisque litteris et solidis virtutibus imbuendum. Quæ priusquam ad crisis vocemus, monebimus lectorem hæc et alia multa, quæ habet Joannes Lastrade, non reperiri in libris, quos ad opusculi sui calcem recenset, et deprompta esse sine dubio vel ex legendario Ms. Convenensi, vel ex versione aut epitome primigeniæ S. Bertrandi Vitæ, male tamen intellectæ: unde certum fit, aliam præter jam memoratas S. Bertrandi Vitas existere, quandoquidem ille se primigenium Vitalis opus præ manibus non habuisse declarat.*

10 Ast dubium non est, quin loco Casæ-Dei dicendum esset Joanni Lastrade Scala-Dei; non quidem quod tum omnis error evanesceret, sed quod alludatur ad hæc Vitalis verba num. 11, quæ edita fuerunt ab Edmundo Martene (i): Partim et illa scribenda duximus, quæ referebant fratres Scala-Dei de Ordine Cisterciensi, dum apud eos se-

D

E

F

et ad mandatum Gulielmi Ausciensis, ex quo Vitalis non secus atque ex canonicis Convenensibus et monachis Scalæ-Dei multa audivit.

Cum his tamen monachis S. Bertrandus, neque senex, vixerat,

(a) Hist. Roman. Pontif., t. I, col. 1018 et 1151. — (b) P. 13\*. — (c) Elementi d'Historia Pontif., t. III, p. 134. (d) T. X, col. 1410. — (e) Hist. du Langued., t. II, pr. col. 386.

— (f) Cfr Mariana Hist. Hispan., lib. xi, cap. III. — (g) T. I, col. 985. — (h) Relation de la translation d'une relique de S. Bertrand, p. 15. — (i) Ampl. Collect., t. VI, col. 1027.

deret,

A deret, et de schola virtutum eorum assumeret exempla verborum. Verum corruptum hunc esse textum asseverare non ambigo; scribi scilicet oportet: Partim et illa scribenda duximus, quæ referebant fratres Scalæ-Dei de Ordine Cisterciensi, dum apud eos sederem et de schola virtutum eorum assumerem exempla verborum: qui sensus omnino planus est, si tamen illud exempla verborum exulare, licet omnino ad Vitalis stylum pertineat, insulsis antithesibus pollentem. Quod autem ita restituenda sunt biographi verba ex conjectura assecutus jam eram, priusquam ad manus meas devenisset egraphum P. Possini, quod recte hic loci, ut fere alibi, fuit. Et quidem ejus lectionem retinendam esse ex triplice capite liquet: primo, altera est hiulca; secundo, innuit narratum iri quæ S. Bertrandus egit, dum ipse apud fratres Scalæ-Dei commoraretur, cum tamen nil hujusmodi facit Vitalis, miracula tantum recensens, pleraque post S. Bertrandi mortem patrata, cetera per vitam, non assignato tempore et loco; sed nullum factum a S. Bertrando, dum versaretur in monasterio Scala-Dei. Tertio, certum est S. Bertrandum non in sua juventute versatum esse apud dictos fratres, et non minus certum videtur ne in sua quidem senectute cum cum dietis fratribus egisse. Etenim quod ad priorem partem præmissæ affirmationis spectat, extra controversiam est hanc abbatiam non fuisse conditam ante annum 1114, quo tempore jam quadraginta fere annos in episcopali cathedra sederat S. Bertrandus; quod autem ad alteram partem pertinet, simile præsto est argumentum: consentiunt quippe scriptores S. Bertrandum ante annum 1127 ultimum obiisse diem; et hæc sententia nisi certa, virisimillima est. Jam vero liquet abbatiam de Scala-Dei non tantum post annum 1114, sed non ante annum 1127 fuisse conditam in loco dicto Capadur, ad fontes seu ad Caput Aturri fluvii: quod postremum paulo latius declarabimus.

B quoniam, ut adversus Petrum de Marca probatur,

11 Specialem Dissertationem de origine monasterii Scalæ-Dei apud Bigorros in diocesi Tarbiensi olim conscripsit Petrus de Marca, eamque Baluzius inter opuscula hujus laudatissimi scriptoris anno 1681 edidit. Diversam a nostra inquit ipse sententiam; at pauca tantum notanda sunt, ut ex ipsiusmet verbis appareat illi initium non ante annum 1127 factum esse; en igitur ejus verba (a): Visuntur illic (in superiore parte Campanæ Vallis ad oram Aturri) hodie veteris domus maceris; cujus fundamenta jacta fuerant in agro comitis Bigorritani proprio, ut docet veteris schedæ statim proferendæ fides. A quo tamen agro Centullus secundus comes præcipuam partem, petitione Fortonis viri nobilis fractus, avulserat. Dein post obitum Centulli, pudore et poenitudine ductus, Forto juri sibi cesso renuntiavit in commodum monasterii ex auctoritate et consensu Petri comitis Bigorroræ atque Beatricis comitissæ ejus uxoris. (Plura hic sunt, quæ citando instrumento non confirmantur, et proin meræ conjecturæ sunt, mihi prorsus erronæ.) Proferenda sunt et expendenda vetustæ chartæ verba, ut recte primæ illius foundationis tempus constitui possit: « Grangiam de Cabatur, ubi abbatia primitus facta fuit, Forto de Vico, qui locum a Centullo comite impetraverat, consensu et voluntate Willermi Bigorritani episcopi et Petri Bigorroræ consulis ejusque uxoris Beatricis dedit Valcherio abbati Morimundensi et Bernardo Scalæ-Dei abbati in manu Willermi Auxiensis archiepiscopi et Romanæ Ecclesiæ legati. » Huc usque Scalæ-Dei instrumentum; de quo sic ratiocinatur Scriptor:

12 Si exstaret integrum istius donationis instrumentum, (exstat illud, ut modo videbimus,) patefaceret primam monasterii originem, quam tamen beneficio comitis Bigorritani deberi satis perspicue docet, cum in agri sive grangiæ dominicæ parte constructum ostendat. Domus quippe religiosæ constructio, imo vero et abbatie dignitas hanc Fortonis donationem antecedit, utpote collatam in Bernardum, jam tunc abbatem Scalæ-Dei. Hoc loco egregium virum sisto: penes se scilicet habebat laciniam tantum instrumenti, non autem integram chartam, factam occasione translationis hujus abbatie in alium locum. Ex præmissis autem liquet, ei persuasum fuisse citata verba ex instrumento donationis Fortonis desumpta esse; multum vero abest: sunt quippe excerpta ex instrumento de translatione; condito anno 1142, quo tempore jam pridem abbas erat Bernardus. Videsis hoc instrumentum satis integrum in Gallia Christiana (b). Hinc ruunt omnes doctissimi dissertatoris conclusiones, inductiones, quin etiam incusationes adversus Fortonem. Notet præterea lector nihil in tota hac charta signari de comitibus Bigorritanis, qui hujus abbatie fundatores fuissent, neque dici grangiam de Cabadur restitui, sed dari a Fortone: quod in hypothesi illustrissimi de Marca prorsus aliter fuisset scriptum, cum his temporibus non solet donatio restitutioni prætendi: unde sole clarius est Scalæ-Dei originem a Fortonis donatione repetendam esse. Ex sequentibus vero Petri de Marca verbis tempus hujus donationis dignoscitur; sonant porro hoc modo:

13 Cum... in Valcherium quoque abbatem Morimundensem collata fuisse dicatur (grangia de Cabadur), metiendum est illius (donationis) tempus ex annis Valcherii, qui Galterus dicitur in Annalibus Cisterciensibus, ab Angelo Manrique conscriptis, ubi obiisse illum scribitur anno 1131, postquam per quinquennium Morimundensem abbatiam rexisset, ab anno scilicet 1127 usque ad annum 1131. Sed in priorem hujus quinquennii annum non potest conjici, quoniam Centullus secundus comes adhuc superstes erat anno 1127, ut manifeste docent acta a nobis laudata in Historia Benearnensi lib. IX cap. VII. Donatio autem Fortonis incidit in annos Petri Bigorroræ comitis, qui etiam Marciani comitatu potiebatur, atque Beatricis comitissæ, ejus uxoris. Hæc recte laudatus antistes. Unde miror Dionysium Sammarthanum (c) hujus abbatie initia vage ante annum 1136 statuisse. Paucis jam præmissa relevo: Centullus II non fundavit monasterium Scalæ-Dei, neque deinde avulsit aliquam partem a collato territorio, ut eam Fortoni traderet; verum ante monasterii foundationem contulit grangiam de Gabadur Fortoni, qui pro sua pietate hanc grangiam tradidit Valcherio abbati Morimundensi, ut in ea monasterium Scalæ-Dei conderet; quæ posterior traditio, et proinde monasterii constructio obtinuit temporibus Petri, qui ex uxoris jure in comitatu Bigorritano Centullo II successit, non ante annum 1127.

14 Ne vero lector Fortoni de Vico, non autem comitibus Bigorritanis, (ut suadere conatus est Parisiensis archiepiscopus,) foundationem Scalæ-Dei adscribens, ineat sententiam recte proinde loco Scalæ-Dei substitutam fuisse a Lastrade Casam-Dei Ordinis Cisterciensis, moneatur necesse est Casam-Dei non Cisterciensis sed Præmonstratensis Ordinis in Ausciensi archidiocesi sitam, etiam serius quam Scalæ-Dei conditam fuisse. Audiendus scilicet est Carolus Ludovicus Hugo, episcopus Ptolemaidis, et

D hoc monasterium

E

inter annum 1127 et 1151 conditum fuit, id est post mortem S. Bertrandi.

F

Idem dicendum de monasterio Casam-Dei.

(a) P. 396 et seqq. — (b) T. I, instrum. p. 192. — (c) Gall. Christ., t. I, col. 1260.

- A *abbas Stivagiensis, sic disserens (a):* Frelone fundatore, vel Frocone, ut scribit Mauritius Dupré Ordinis annalista (non autem Petro comite Bigorritano, ut vult Dionysius Sammarthanus, Casam-Dei cum Gratia Dei confundens (b)) prodiit hoc cœnobium, Guillelmo d'Andozille (imo de Montald, ut § sequenti evolvetur) archiepiscopo Ausciensi, illud transcribente Waltero abbati S. Martini Laudunensis, anno 1135, indictione XIII, epacta IV, concurrente I, ut legitur in originali diplomate, asservato in scriniis S. Martini, sed pene exeso. *Ex quibus satis liquet, S. Bertrandum neque cum incolis Scalæ-Dei, neque cum Casæ-Dei ascetis unquam versatum fuisse. Ut autem hæc claudantur, operæ pretium est animadvertere fratres Scalæ-Dei optime potuisse rescire S. Bertrandi miracula, quoniam ab anno 1142 sedem suam habuerunt in his Tarbensis diocesis finibus, qui diocesi Convenensi adjacent. Ex quibus omnibus plurimum crescit Vitalis auctoritas; ad quam tamen commendandam omnium maxime facit tum ejus officium notarii apostolici, tum ejus Romana ablegatio ad promovendam S. Bertrandi canonizationem. Quod si ejus scriptio aliquantum deinde corrupta fuit, id ab eo alienum est: cæterum paucissimæ sunt istiusmodi litterarum series. His de S. Bertrandi biographo præmissis, stylum jam ad se vocant ipsa hujus Sancti gesta.*
- B

## § II. De S. Bertrandi parentibus, fratribus, aliisque consanguineis. Trium Gulielmorum, Ausciensium archiepiscoporum chronologia illustratur.

Nomen S. Bertrandi,

- U *t ex totâ S. Bertrandi vitæ serie facile innotescet, natus est S. Bertrandus ante medium sæculum XI, quin tamen certum tempus assignari queat, tum ob silentium Vitalis, tum ob aliorum monumentorum omnimodam fere absentiam. De ejus similiter nomine late disputare non vacat, siquidem Bertrandi vocem, ut Peyronetii phrasi utar, a Bertichranno, Bertichranno, seu Bertichramno (c) deductam esse, norunt viri docti. Cæterum hac de re jam dixere decessores nostri ad diem VI mensis Junii (d), ubi simul noster Sanctus ab aliis homonymis distinguitur. Admittendum tamen non videtur idem esse illud nomen ac Bernardum; quo nomine Sanctum, de quo agimus, a quibusdam appellatum fuisse non mirari non potuimus. Juverit tamen notare Bertichramnum aut similis formæ nomen, sæculo duodecimo ineunte, quo Sanctus noster florebat, in Occitania non amplius obtinuisse, ipsamque proin Sanctum in conciliis et alibi Bertrandum subscripsisse.*
- C

16 *Occurrit autem difficultas, cum quo nomine natalis ejus locus olim appellaretur definiendum est. Novimus quidem ex edenda Vita jam tempore Atonis Raimundi, S. Bertrandi patris, castellum in quo natus est, in castrum, cui Insula deinde, et tandem Insula Jordanis nomen datum est, mutatum*

*fuisse; verum grave me vezat dubium corruptumne ediderit Martenius hoc loco textum, annon; scribit etenim: Fuit autem oriundus de castello Setio, quod incolæ commutantes construxerunt exinde castrum, quod Insula nuncupatur. Repugnat huic lectioni: Castello Setio, Oihenartus, duæ plerumque tutissimus, qui in Notitia utriusque Vasconiz (e) hæc habet: Castellum Ictium, locum hunc principio, (antequam civibus frequentaretur et urbis formam indueret) vocatum fuisse testatur Vitalis protonotarius. Et quidem tum in laudato e-grapho Possini, tum in altero Gisseji, castellum Ictium luculente legitur. Præterea, quæ minime spernenda auctoritas est, (siquidem annuatim frequentissimis examinatur oculis, illudque jam plura sæcula) consonat Oihenarto nostrisque Mss. tum Officium S. Bertrandi, quod inter Propria Tolosana anni 1647 excusum reperitur, tum alia, de quibus inferius dicemus. Ne tamen secundum hanc auctoritatem difficultatis nodum scindamus, obstat fragmentum extractum ex chartulario monasterii Grandis-Silvæ, quod in Historia Occitania, a Benedictinis monachis elaborata, inter probationes (f) legere est; hæc porro ibi occurrunt: Anno Incarnationis MCLXXI Odo de Insula, et India uxor ejus, pro animis suis et Arnaldi Gausberti, dant eidem monasterio (Grandis-Silvæ) et Pontio abbati quidquid habent in nemore de SETES pro XX solid. Morlan. ex caritate. Ubi vero situm sit, aut olim fuerit nemus de Setes, nihil habeo unde indicare possim; ad feudum tamen aut allodium dynastiz Insulanæ pertinere videtur: quocirca fateor me angî de damnando Marteniano textu. Facile in hanc rem inquirere possent Occitania viri docti, quibus multa detegenda supersunt de gente Insulana, de qua vix quempiam late disseruisse auctumo.*

17 *Ne quis vero, quoniam Insula Jordanis non procul a Tarno fluvio jacet, idem esse contendat ac Seticum contra Torn, unde Carolus Simplex, rex Francorum, anno 922 pro Ecclesia Gerundensi dedit chartam, quam in Marca Hispanica (g) legis, cavit jam Petrus de Marca in eodem opere (h), ubi contra Catellum ostendit locum hunc esse trans Mosam. Neminem quoque confido castelli Setii antiquitatem esse propugnaturum ex eo, quod Cæsar (i) sæpius Sotiates memorat; longius enim ab Insula incolebant illi, ut iterum ex historicis demonstrat laudatus Parisiensis præsul, de Marca, in historia sua Benearnensi (k), ubi clare patefacit Sotiam eandem esse ac Vicum Julii, aut Adurrim (Aire), Setium vero seu Ictium, nunc gallice l'Île Jourdain jacet ad Garumnæ fluvium, in pago Ausciensi (Département du Gers.) Plura de hoc oppido in obviis occurrunt topographiis.*

18 *Sed quidquid de castrî nomine sentiatur, certum est S. Bertrandum ex Insulana gente esse ortum, prout testatur Vitalis num. I Vita, et secundum eum cæteri historiographi. Quam nobile vero esset illud genus undecimo jam sæculo multiplici ex capite colligitur: Ato Raymondus quippe, dominus Insulæ et S. Bertrandi pater, matrimonio fuit junctus filiz Gulielmi, comitis Tolosani, cui agnomen Scindens-ferrum; Tolosanorum autem comitum genus tam illustre erat, ut Constantia, ejusdem Gulielmi ex priori matrimonio filia, secundis nuptiis juncta fuerit Roberto regi Francorum, quemadmodum ab Occitania historiographis (l) et a collectoribus Historicorum Galliz (m) fuit ostensum adver-*

(c) Annal. Præmonstrat., t. I, col. 481. — (d) Gall. Christ., t. I, col. 1031. — (e) Catalogus SS. verbo Bertrandus. — (f) T. I, p. 776. — (g) P. 533. — (h) T. II, col. 546. — (i) Col. 845. Edit. Baluz. — (k) Col. 375. —

(l) Comment. de bell. Gall. lib. III, cap. XX. — (m) Hist. du Béarn, p. 35 et seqq. — (n) Hist. du Languedoc, t. II, p. 601. — (o) Recueil des histor. de France, t. XII, p. 794.

D

E

a Setico et Sotia distinctus examinatur.

F

S. Bertrandi nobilitas et ejus familiae potentia notatur.

A sus Pagium (a) imprimis, hac de re in contrarium disserentem. Neque ibi desit ille affinitatum splendor, ut videri potest ex indice genealogico hujus domus, quem contexere praelaudati historiographi (b); quapropter non demiror anno 1341 dynastiam Insulanam antiquitatis et nobilitatis suæ gratia a Philippo Valesio, Galliarum rege, comitatus titulo fuisse decoratam: qua super re vide Oihenartum (c) et d'Expilly insuo Dictionario (d). Generis autem nobilitati non impares erant divitiæ, quas cum monasterio Grandis-Silvæ nonnihil communicavere Insulani dynastæ, ut ex præcætitis Grandis-Silvensibus excerptis facile eruere est. Harum autem magnitudinis si quis specimen cupiat, videat quæ de Bertrando de Insula, episcopo Tolosano, habet Gallia Christiana (e) et Moreri in suo Dictionario ad hujus præsulis nomen. Quam late vero pateret ejusdem familiæ ditio, partim disci potest ex fœdere (f) anno 1196 inito inter Jordanem de Insula et comitem Convenarum, et ex Registro (g) de Saisimento civitatis Tolosæ et comitatus Tolosani, anno 1271 facto.

Aliquot minores errores notantur.

B

19 Sed de S. Bertrandi parentibus et fratribus paulo latius jam agamus. Gulielmus Catel cum in sua Tolosanorum comitum Historia, in Gulielmi Scindentis-ferrum liberos quam sedulissime poterat inquisivisset, his suam dissertationem claudit verbis, quæ ex gallicis latina facio (h): Filiæ autem nomen ignoramus pariter; sed ex memorata S. Bertrandi Vita colligimus nuptam eam fuisse Otoni Raimundo; ex quo matrimonio duo exstitere liberi: Jordanes nempe dominus Insulæ, qui anno 1132 filiam Godefridi, domini Mureti, uxorem duxit, quemadmodum invenio fuisse notatum a D. De Beloy in quadam ex suis orationibus; et Bertrandus, qui initio archidiaconus fuit Tolosanæ ecclesiæ S. Stephani, postea vero episcopus Convenensis, et qui demum ob vitæ sanctitatem canonizationis honores est adeptus. Hæc ille, at infelicis quam assolet, cum errores hic non deesse videantur: primo enim nævus forte est in S. Bertrandi patris nomine quod Ato Raimundus sonat; secundo, Jordanes ejus frater non fuit, sed nepos, ut patet ex ejus matrimonii tempore; tertio alios saltem duos habuit S. Bertrandus fratres, quorum alter Raimundus de Insula, alter Anonymus, qui Andohiellæ aut Andofilæi forsan fuit dominus. Rem jam aggrediamur. De patris nomine vix potest esse quæstio: habet enim Vita a Martene edita: Sanctus ergo Bertrandus clarus genere, sed nobilior fide, virtutibus refulsit: cujus pater dictus Ato Raimundus vir generosus; cui lectioni consonant tum egrapha Possini et Gisseji et textus quem Oihenartus (i) legerat, tum S. Bertrandi Officium ecclesiasticum: passim quoque a Vitali non aberrant Occitanie laudati historici; at in arbore genealogica comitum Tolosanorum, liberos Gulielmi Scindentis-ferrum enumerantes, Emmae ejusdem, ut aiunt, filia maritum tribuunt Othonem Raimundum. De hoc vero lapsu quem cum Catello communem habent jam satis.

Expenditur charta ad S. Bertrandi genus pertinens.

20 De S. Bertrandi vero patre cum continuo fuerit quæstio, non abs re fore confido, pauca hic proferre de charta quadam, in qua nomen ejus inscribitur, et quam omnium antiquissimam esse autumo, quæ ad Insulanum genus pertineant. Eruerunt eam Occitanie historiographi ex archivio monasterii S. Petri Curtenensis seu Mas-Garnier, eamque inter

probationes tomi sui II (k) publici juris fecerunt. Porro narratur in hoc instrumento, quo pacto monachus quidam, Aymardus nomine, a Gulielmo Unaldi et aliis villarum dominis terram, in qua S. Licerii templi vestigia supererant, cenobio S. Petri Curtenensis impetraverit. Condita autem fuit hæc charta, non anno 1060, ut voluere Occitanie historiographi, sed certo post hunc annum; quemadmodum unicuique liquebit, qui Philippi Francorum regis ætatem cum his, quæ in hac dicuntur charta, comparaverit. Constat præterea eam die XVIII Januarii 1061 fuisse scriptam, ut illa ipsa, si cum tempore obitus Pontii Tolosani comitis conferatur, demonstrat. His autem præmissis, en qui illic subscribunt testes: S. Atto Raimundus de Yla, S. Willelmus, Willem-Bernard de Yla, S. Arnaldus Otto de Cabatui, et Arnaldus Garsia de Garag Castro. Ex quibus subscriptionibus tria eruere licet: primum ante annum 1061 Castellum Ictium, aut Setium, in Castrum de Insula jam fuisse mutatum, siquidem hoc tempore castrorum domini, vulgo saltem, a præcipuo castro suo cognomen mutarentur; secundum, tum nondum huic cognomini appositam fuisse Jordanis voculam; qua in re passim errant Occitanie historiographi, licet Oihenartus (l) jam præmonuisset, Insulam Jordanis sic vulgo dictam fuisse a Jordanis appellatione, in illius oppidi dynastarum gente familiari; at hujus appellationis familiaritas a medio fere sæculo duodecimo tantum obtinuit; et tertium tandem, idque præcipuum, ex ea cognosci Willem-Bernard de Yla, S. Bertrandi, ut videtur, fratrem.

D

21 Etenim cum, teste Vitali, agnomen de Insula castro Atonis Raimundi, hujus tantum temporibus accesserit, necessario ipse S. Bertrandi pater primus sui generis de Insula cognominatus est; cum autem moris non esset fratrem a fratre mutuari suum titulum (de Yla), dici non potest Willem-Bernard de Yla S. Bertrandi esse patrum; verum cum e contrario paternum titulum assumerent vulgo filii, quamdiu ipsi non obtinerent proprium dominium, quid superest quam ut ille Gulielmus S. Bertrandi censeatur frater? Non enim obstat ætas, nam prorsus verisimile est S. Bertrandum anno 1061 fratres habuisse, qui ad testandum ætatem haberent idoneam; neque obstat quod agnomen Bernard addatur, quod vulgo tamquam patris nomen habetur; nam præterquam quod ob eandem causam S. Bertrandi patris dici non posset (pater enim agnomen Raimundum habet), agnomina illa non semper indicant patrem, ut ex obvio Alfonsi I comitis Tolosani specimen eruitur: dicebatur quippe ille Alfonsus-Jordanis (m), licet patre Raimundo de S. Ægidio gauderet.

E

ex qua unus ex ejus fratribus cognoscitur,

F

22 Verum dum chartam illam examinamus, paulatim delapsi sumus ad fratres S. Bertrandi, et jam unum notavimus, Gulielmum-Bernard videlicet, quem si Oihenartus (n) Andofilæi dominum fecisset, anonymum suum sustulisset; sed quo id factum foret jure, non ego dispicio. Verumtamen non ii sumus qui Oihenarti rejiciamus sententiam, cum inter S. Bertrandi fratres Andofilæi dominum adnumerat (o). Hanc quidem oppugnant assertionem Occitanie historiographi sequentibus e gallico idiomate latine factis verbis (p): Huic sane nituntur testimonio (Vitalis nempe, qui Vitam S. Bertrandi conscripsit) auctores, qui Raimundo Insulæ domino sanctique Bertrandi germano fratri alterum fratrem,

et error circa eum aut alterum fratrem proponitur.

(a) Crit. Baronii ad annum 998, § v et seqq., t. XVI, p. 377 et seq. Edit. Luc. — (b) T. III, p. 601. — (c) Notit. utriusque Vasconie, p. 444. — (d) Dictionn., t. III, p. 859. — (e) T. XIII, col. 29 et seq. — (f) Hist. du Languedoc, t. III, instr., col. 169 et seq. — (g) De Rozoi, annal. de Toulouse, t. I, p. 1 et seqq. — (h) Hist. des Comtes

de Toulouse, liv. 1, part. III. — (i) Notit. utriusque Vasconie, p. 535. — (k) Hist. du Languedoc, t. II, col. 235. — (l) Notit. utriusque Vasconie, p. 533. — (m) Hist. du Languedoc, t. II, passim. — (n) Notit. utriusq. Vascon., p. 535. — (o) Ibid., l. c. — (p) Hist. du Languedoc, t. II, p. 391 et seq.

qui

A qui Andoflæi in pago Tolosano sit dominus et Gulielmi III Ausciensis archiepiscopi parens, tribuendum esse arbitrantur; at fatendum est Vitalis testimonium non valde clarum esse; siquidem non modo auctor ille sibi ipsemet contradicere videtur, verum etiam antiquis monumentis edocemur Gulielmum III e Montaltensium oriundum esse genere; quocirca hic præsul filius fuerit sororis S. Bertrandi. Sic illic adversus Oihenartum (a) et adversus Ange (b) insurgunt, non advertentes illam quæstionem quam proxime connexam esse cum hac altera, num Gulielmi II et III, qui in catalogo archiepiscoporum Ausciensium distinguuntur, confundendi sint in unum virum, et qui intermedius Sancius dicitur ad fabulas sit oblegandus.

et diluitur, tum discussa Vitalis obscuritate,

\* Novit Martenius et M.  
\* Omittit M.  
\* Wilelm M.  
\* prima adatti M.  
\* Omittit M.  
B

\* Omittit M.  
\* Omittit M.  
\* per lineam M.  
\* Omittit M.  
\* Beati Bertrandi M.

\* Omittit M.

\* hujusmodi M.

23 Porro cum quæstio hæc ad historiam ecclesiasticam Ausciensem tam prope spectet, clarius eam diducere conabimur; quod ut præstemus, ante omnia proferendum mihi est Vitalis testimonium, quod Occitanæ historiographi infirmare studuerunt, num. autem 10 habet hæc: Noverit\* vestra dilectio, fratres carissimi, quoniam\*, quæ præmisimus, ex\* magna didiscimus parte, relatione domini Vileumi\* venerabilis archiepiscopi Auxitanæ sedis, nepotis ejus, quem in\* ætate tenera\* apud se nutrit, et eundem fecit applicari studio literarum, et canonicavit eum in ecclesia Sancti Stephani, unde ipse fuerat canonicus, et exinde ad dignitatem episcopalem assumptus. Archiepiscopi\* pater\* LINEA\* GERMANITATIS SANCTO BERTRANDO noscitur fuisse conjunctus. MATER vero PRÆDICTI METROPOLITANI erat GERMANA beatæ et recolendæ memoriæ Vileumi\* Bernardi\* ARCHIEPISCOPI AUXITANI, a quo iste nomen accepit, nondum tamen in præsentem lucem effusus, sed clausus in utero matris. Quod eodem veraciter docente, dum in Auxitana sede de\* suæ narrationis auctoritate multa virtutum exempla colligerem et præsentis scripti propositum, eo mandante, addiscerem... Fatemur utique quoniam non spe quæstus ad gloriam commoti ad scribendum venimus, sed hujus\* viri gratia, qui PATRUËLI gloria S. Bertrando conjunctus fuisse dignoscitur. Sic Vitalis. In his utique nihil omnino obscurum; et quidem ipsa Martenii lectio non ita corrupta est, ut inde non facile plura colligamus de S. Bertrandi et Gulielmi III Ausciensis præsulis consanguinitate. Dicitur imprimis mater prædicti (id est qui Vitalis temporibus vivebat) Vileumi seu Gulielmi, Auxitanæ sedis archiepiscopi, germana fuisse alterius archiepiscopi Auxitani: quibus clare indicatur quæ mater fuerit; at æque clare indicatur quis fuerit pater: noverunt quippe populares patrem ejusdem Gulielmi, seu ut habet Martenii editio, ipsum Wilelmum per lineam germanitatis Sancto Bertrando fuisse conjunctum. Et quantumvis nemo dubitare possit quin hæc conjunctio per lineam germanitatis talis sit, ut S. Bertrandus sit Gulielmi istius patruus, curat tamen ipse Vitalis ne quis de hac re suscipiat dubia, et paucis lineis inferius subdit Wilelmum istum patrueli gloria S. Bertrando esse conjunctum. Quod sane clare testimonium est. At sibi contradicere videtur Vitalis? Qua in re, obsecro? Non in stemmate sane, ut liquet; at in his quæ de Bertrando archiepiscopo Auxitano perhibet. In examen id vocemus.

tum sublatâ contradictione,

24 Prodeat hæc secunda objectio: dicit Vitalis Gulielmo tertio impositum fuisse nomen alterius archiepiscopi Auxitani, quem tamen non Gulielmum,

(a) Notit. utriusq. Vascon., p. 451. — (b) Hist. Généal., t. II, p. 763. — (c) Ampl. Coll., t. VI, col. 1027. — (d) T. I, p. 160, col. 1. — (e) Mansi Supplém., Concil., t. III, col.

sed Bertrandum nuncupat in editione Martenii. Gravis objectio, fateor; sed ejus gravitas major est, quam ut in Vitalem, et non in Vitalem tantum, sed in ipsum Gulielmum Auxitanum præsulem, ex cujus ore Vitalis scripserat, redundare queat. Quapropter in oscitantes amanuenses totus error transferendus est, ut satis liquet ex egrapho P. Possini, nullis tritico obnoxio. Verumtamen non ita horrendum oscitaverunt in modum; fateor equidem Bertrandum illum eundem esse ac Gulielmum I Ausciensem archiepiscopum, qui sororis filio proprium suum imposuit nomen; sed difficultatem hanc feliciter jam solvere tentaverat Martenius (c), supponendo Gulielmum I fuisse binominem; quæ suppositio, accuratorem egraphi P. Possini commendans, sequentibus stabiliri potest. Inter instrumenta Galliæ Christianæ (d) exstat charta, qua idem præsul ejusque fratres ecclesiam de Monte-alto Cluniaco cedunt; sic autem incipit: In nomine Dei summi omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Willelmus, filius Bernardi, et archiepiscopus Auxiorum, et fratres mei Raimundus et Oddo et Otgarus et Giralus et Bertrannus... donamus ecclesiam S. Michaelis de Monte-Alto, Ubi animadvertere est Gulielmum Bernardi esse filium: unde secundum temporis vulgarem fere morem Gulielmus Bernardi dicendus erat; et profecto sic ipse subscribit concilio Burdegalensi anno 1093 celebrato (e); en verba: Signum archiepiscopi Auxiensis Willelmi Bernardi; et ibidem, cum hujus concilii præcipuus indicat viros, scribit notarius: Coram domino Amato, legato apostolicæ sedis, et archiepiscopo Burdegalensi, et archiepiscopo Auxiensis, nomine Willelmo Bernardi.

25 Verum agnomen substituebatur his temporibus nonnumquam nomini, unde quis binominis fiebat: rem miram certa probatio credibilem faciet: Occitanæ scilicet historiographi exhibent (f) chartam ex monasterio S. Petri Curtensis erutam; circa hujus autem mediam partem hæc leguntur: Lacesitis rusticis illiusque dominis solitudinis, ad hoc tandem rei exitum duxit argumentosa apis, (scilicet Aynardus monachus, qui concionatus erat) ut a quo possideri domino illius heremi medium videbatur jure patrimonio, WILLELMO scilicet qui et UNALDO, relinquendum impetraret Deo... Post non multum vero temporis prædictus WILLELMUS-UNALDI, vir venerabilis, in festum Beati Petri Cathedræ causa venerat orationis, etc. Et in Gallia Christiana (g) simile exemplum occurrit: dicitur quippe ibi Arnaldus Rogerii, episcopus Convenensis ipso quo Vitalis scribebat tempore, nuncupari Rogerium in diplomate quo pax inter Petrum Boni-fontis abbatem et Milites templi componitur. Ex quibus siquidem constat ab agnomine et nomine quosdam factos fuisse binomines, nemo jam mirari deberet, si Gulielmus I Auxitanus etiam Bernardus vocatus fuisset. Unde sine negotio amanuenses Bertrandum facere potuerunt. Verumtamen si cui non placuerit ille explicandi modus, quoniam alibi nusquam sic nuncupatus reperitur ille Ausciensis præsul, altera præsto est difficultatis solutio, in usu quoque horum temporum fundata: medio enim ævo frequenter initialis nominum littera scribebatur tantum; unde Vitalis forte W. Bernardi solummodo scripsit; atque hinc omissio W. facile ceciderint Amanuenses in erroneum Bertrandum. Cæterum amplius est conjecturarum campus; et quidem ab eo discurrendo abstinuissimus, nisi vindicanda nobis fuisset edendæ Vitæ auctoritas.

quæ videtur orta ex eo, quod Gulielmus I Ausciensis præsul videtur fuisse binominis.

125. — (f) Hist. du Languedoc, t. II, prob. col. 235. — (g) T. I, col. 1129.



A  
Ostenditur  
duo antiqua  
monumenta

26 Tertia objectio, quam Vitali ejusque sequacibus Oihenarto et Ange Occitanæ historiographi opponunt, hæc est, ex antiquis scilicet monumentis erui Gulielmum III e Montaltensium esse genere. Sic illi loco citato Gallia Christiana nimiam habentes fidem, ut jam ostendimus. Antiqua monumenta, ad quæ tum Dionysius Sammarthanus, tum secundum eum memorati historici alludere videntur, duplicia sunt: prior est charta ex archivio Simorræ desumpta, in qua de incendio urbis Simorræ ejusque translatione agitur, et quæ clauditur his verbis (a): Facta sunt autem hæc anno a Christi Incarnatione MCXLI, indictione quarta, epacta XI, occurrente secunda, mense Februario, Guillelmo archiepiscopo de Montald regente Auxiensem sedem. Altera autem charta est vetusta membrana ex archivio Ausciensis metropolitani templi eruta, quam Sammarthanus apud Oihenartum (b) reperiens, iterum in opere suo edidit (c); sonat autem in hæc verba: Successit Bernardo archiepiscopo Guillelmus qui de prosapia Montaltensium descenderat, homo alti sanguinis, summa tam morum quam parentum nobilitate præpollens, tam in divinis quam in forensibus negotiis strenuissimus, in proposito constans, religionis amator, qui intra fines Gasconia tam Cisterciensis quam Præmonstratensis Ordinis decem monasteria, et sanctimonialium nonnulla de Ordine Fontis-Ebraldi in honore omnipotentis Dei fundavit et plantavit, quem prospera vincere, nec adversa frangere potuerunt, vir profundi sensus et consilii, et singularis discretionis. En utraque charta, ex qua adversarii suam probari contendunt sententiam; at neutra quidquam efficere videtur, quoniam intra sæculum tres Gulielmi sedem Auxitanam occupaverunt, et utrumque instrumentum ad Gulielmum II referendum est, cum tamen de Gulielmo III hoc loco agatur.

non Gulielmo I aut III Auxitanis præsulibus,

27 In prioribus quidem Gallia Christiana editionibus, quemadmodum et in Notitia utriusque Vasconia duo tantum recensentur hujus nominis præsules, qui sæculo undecimo et duodecimo Ausciis sederunt; horum autem posterior in duos distinctus est in nova Gallia Christiana, et tres proinde ab eis admittuntur: quorum primus est Gulielmus filius Bernardi, quem ex Montaltensium baronum genere prodixisse, ob donationem quamdam affirmat Dionysius Sammarthanus (d). Fuit autem hic, auctore Vitali, Gulielmi (quem tertium dicere solemus) avunculus, seditque ab anno 1068 ad annum 1096 (e). Gulielmus vero II prius Lactorensis fuerat episcopus, et Lactoræ sedit ab anno circiter 1120 ad annum 1126, quo anno ad Ausciensem cathedram est translatus: occupabat hanc adhuc sedem anno 1142 mense Septembri, ut colligitur ex charta translationis Scalæ Dei, diocesis Tarbensis, in qua ejus nomen memoratur (f). Tertius vero Gulielmus reperitur in instrumentis ab anno 1148 usque ad 1170. His tribus itaque distinctis, videamus quid ad propositam questionem evincant superiori numero allatæ chartæ.

sed Gulielmo II applicanda esse,

28 Prior reapse aperte asserit Gulielmum quemdam Ausciensem archiepiscopum ad Montaltensium pertinere domum; sed animadvertendum est, instrumentum, unde id eruitur, anno MCXLI fuisse conditum; cum vero hoc anno non sederet Gulielmus dictus tertius, de quo loquitur Vitalis, nequaquam exinde colligitur, ut hic Gulielmus tertius de Montald dicendus sit, aut quod idem sonat, nepos paterno genere Gulielmi I, archiepiscopi. Simile quid dicendum est de secunda charta; incipit enim expressis

his verbis: Successit Bernardo archiepiscopo Guillelmus, qui de prosapia Montaltensium descenderat, etc. Jam vero Gulielmus II successit Bernardo, ut Gallia Christiana aperte docet et ut ex per multis probatur monumentis; Gulielmus vero III successit Sancio: unde iterum concludi quidem potest Gulielmum II fuisse Montaltensem, non item Gulielmum III. Verumtamen urget tomus I Gallia Christiana scriptor (g) hanc chartam ad Gulielmum, quem tertium dicimus, spectare; en verba: Tam brevi tempore Sancio fuit archiepiscopus, ut minime miremur, eum fuisse plerisque ignotum; et ex Guillelmo qui eum præcessit, alteroque, qui successit, unum esse factum. Sic ille, innuens inde esse factum, ut Gulielmus II dictus sit Montaltensis, dum ex eo genere oriundum vellet Gulielmum III. Verum hæc conjectura nullo pacto admitti potest, nam cum præcitata charta ex ipso Ausciensi archivio desumpta sit, et continuo post mortem Gulielmi scripta videatur, non potest hæc conjectura probari, nisi hæc triplex in canonicis Ausciensibus supponatur mentis cæcitas: I ut ignoraverint an modo mortuus episcopus annos 22, an annos 44 secum vixerit; II ut obliti sint an Gulielmus II et Gulielmus III iidem essent; III ut ex eorum memoria prorsus abierit Sancio, qui ante 22 annos sedem occuparat; quæ profecto absurdissima sunt.

29 At forte alter quis urgebit eandem sententiam ex alio capite, ex gestis videlicet, in hoc instrumento enumeratis. Dicitur quippe inibi Gulielmus tam in divinis quam in forensibus negotiis strenuissimus, in proposito constans, religionis amator: quæ omnia quam optime Gulielmo II conveniunt. Fuit enim S. Sedis Romanæ legatus, et tantopere Ranimirum Arragoniæ regem in rebus civilibus juvit, ut ab eo obtinuerit splendidissimum diploma, datum æra 1168, id est anno 1130, quodque edidit Oihenartus (h), et post eum Dionysius Sammarthanus (i). Præterea secundum Ausciense instrumentum idem Gulielmus intra fines Gasconia tam Cisterciensis, quam Præmonstratensis Ordinis decem monasteria, et sanctimonialium nonnulla de Ordine Fontis-Ebraldi... fundavit et plantavit: et reapse in Analibus Præmonstratensibus in indice prævio circumarum, reperio: I monasterium, Casam-Dei, anno 1135 in Ausciensi archidiecesi fundatum; II monasterium S. Joannis de Castello, alias Gratiæ Dei, anno 1140 in diecesi Adurensi conditum; III Combam-Longam, fundatum anno 1138 in diecesi Conseranensi; IV Capellam, cujus initia, ex charta donationis factæ a Bernardo Jordane pronepote S. Bertrandi, ad annum 1142 referuntur. Superest autem ut præterea sex monasteria Ordinis Cisterciensis ab anno 1120 circiter ad annum 1144 in Vasconia fundata recenseantur; res difficilis non est, in sola diecesi Ausciensi occurrunt: monasterium de Beudona, fundatum anno 1134; monasterium de Gimont, cujus exordia vidit annus 1142; et monasterium de Portaglonio ante ipsum annum 1126 Gulielmi nostri curis conditum. Hoc tempore fecundum quoque fuit Cistercium in aliis Vasconia diocesis: Convenensis enim diocesis anno 1136 oriens vidit Boni-fontis monasterium; similiter diocesis Tarbensis circa annum 1127 et 1131 fundatum vidit in agro Capadur monasterium Scalæ Dei, quod anno 1142 quinque leucis ad Tarbam propius translatum est. Quibus si addas monasterium sanctimonialium, in eodem Cisterciensi Ordine Deo mancipatarum, abbatiam scilicet Luminis-Dei ante me-

D

E

et secundum  
ejus gesta  
explananda.

F

(a) Gall. Christ., t. I, instrum., p. 169. — (b) Notit. utriusq. Vascon., p. 452. — (c) Gall. Christ., t. I, col. 287. — (d) Ibid., col. 981. — (e) Ibid., col. 982 et Annal. Ausciens., ap. Pertz, Monum. hist. Germ., t. III, p. 171. — (f) Confer hæc

cum Gall. Christ., t. I, col. 1075 et 984. — (g) Col. 987 in nota. — (h) Notit. utriusq. Vascon., p. 452. — (i) Gall. Christ., t. I, instrum., p. 162.

dium

A dium sæculum XII in pago Convenensi jam florentem, sex asceteria Ordinis Cisterciensis in hac Vasconia parte, quæ Ausciensi metropoli subiacebat, reperies; et si his quatuor abbatias Ordinis Præmonstratensis in Vasconia quoque sitas adjeceris, indicatus numerus occurrit expletus. Similem calculum circa Fontis-Ebraldi propagationem instituere liceret; at cum nullus stricte indicetur numerus, illud notasse sufficiat ante medium sæculum XII potissimum Ordinem illum succrevisse, et plura illi nata esse hoc tempore monasteria in his partibus, quæ Gulielmo tamquam sedis Apostolicæ legato subiacebant. De hujus autem legationis ampla potestate vide Petri de Marca Historiam Benearnensem (a). Atque hic duo notata velim: I lato valde sensu intelligenda esse hæc chartæ verba, fundavit, plantavit: aliud enim indicare non possunt, nisi Gulielmo Ausciis sedente, aut tamquam legato annuente, etc., prædicta monasteria fuisse fundata; II similem calculum non posse institui de Gulielmo III: unde demo probatur hanc chartam ad Gulielmum II spectare.

Quæ confirmantur alio vetusto testimonio,

B 30 Porro his adversariorum solutis difficultatibus, superest ut Oihenarti, cæterorumque sententia, Vitalis narrationi consona, proprio confirmetur argumento: suspicati sunt Occitanæ historiographi Oihenartum Vitalis auctoritate fuisse motum ad annumerandum S. Bertrandi fratribus Anonymum, Andofilæi dominum, patrem Gulielmi III Ausciensi præsulis, et maritum sororis Gulielmi I ejusdem sedis archiepiscopi. Audiamus Oihenartum: Wilielmi autem archiepiscopi patrem illius loci, qui nunc Andohiele (Andofielles) dicitur, dynastam fuisse, videtur colligi ex cognomine ANDOZILÆI ipsi addito in Necrologio Casæ-Dei comitatus Pardinia-censis: sic enim ibi scriptum exstat: « Gulielmus Dandozille archiepiscopus Auxitanus et sedis Apostolicæ legatus, nepos Sancti Bertrandi, qui eum fecit canonizari, multa bona fecit nobis et multos adversarios pacificavit. » Sic Oihenartus in Notitia utriusque Vasconia (b). Quo ex testimonio non tantum patet prælaudatos historicos lapsos esse memoria, quod minimum est, sed potissimum Vitalem non errasse, cum huic Gulielmo non patrem sed matrem Montaltensem tribuit, et proin novo confirmari argumento tres Gulielmos intra sæculum Ausciis sedisse: primum scilicet Montaltensem, secundum Bernardi successorem, Montaltensem quoque, tertium autem Andoflæensem, successorem Sancii de Fenogreto, ut constat ex charta quam D. Claudius Estiennot in archivio parthenonis B. Mariae de Brolio invenit, et in qua ad annum 1144 Sancius ille, una cum Licerio Pardiaci comite, dedit B. Mariæ de Fonte-Ebraldi locum de Brolio (c).

et assertione Præmonstratensis annaliste non infirmantur.

C 31 Celare tamen nolo gravem adversus hanc sententiam difficultatem, quæ ex Annalibus Præmonstratensibus (d) exurgit. Hæc enim scribit historicus jam citatus, de primordiis Casæ-Dei agens: Frelone fundatore, vel Frocone, ut scribit Mauritius Dupré Ordinis annalista, prodiit hoc cœnobium, Gulielmo d'Andozille archiepiscopo Ausciensi, illud transcribente Waltero abbati S. Martini Laudunensis, anno 1135, indictione XIII, epactary, concurrente I, ut legitur in originali diplomate asservato in scriniis S. Martini, sed pene exeso. Hanc porro si admitteremus narrationem, gravis erroris damnandus esset imprimis D. Claudius Estiennot, qui præcitatam Broliensem chartam protulit, et ex qua aperte declarantur ob intermedium Sancium Gulielmum tertium a Gulielmo secundo distinguendum: illic autem cum nuntietur Gulielmus d'An-

D dozille anno 1135 Ausciis sedisse, quo tempore contendimus Gulielmum de Montald Ausciensem fuisse episcopum, corrui totum prius computum. At multa infirmant Præmonstratensis annaliste testimonium, quod cæterum nos summopere venerari declarare non ambigimus: etenim exesum erat, quod legit diploma; et dein non aperte indicat an tempus scriptionis tantum legerit, an vero cætera, quæ profert, ibidem quoque invenerit; mihi autem tum ob rationes superius circa tres Gulielmos expositas, tum quia in nulla alia charta, in qua utervis Gulielmus dicitur alicui contractui fuisse præsens, nunquam ejus nomini agnomen additur, mihi inquam persuasum est laudatum annalistem nomen d'Andozille hausisse ex fragmento historico, cujus in præcedenti numero meminimus. Neque temera conjectura est; nam in sequentibus palam in illud vitium incidit; ait quippe: Si veteri membranæ Ausciensis metropolis (eam edidimus partim num. 26 et seqq.), gesta Gullelmi d'ANDOZILLE compendiose referenti, credimus, totam dotem, et totius monasterii structuram debet Præmonstratensis religionis amatori, Gulielmo, qui intra fines Vasconia, tam Cisterciensis, quam Præmonstratensis Ordinis, decem monasteria, ... fundavit et plantavit. Sed animadvertit lector in invocata charta dici Gulielmum ex genere Montaltensium, et præterea exaggerata esse hæc verba totam dotem, et totius monasterii structuram: quapropter minor quoque mihi fides est, cum Gulielmum Andoflæensem superius scribit. Quod probat insuper illud agnomen d'Andozille ex prædicto Casæ-Dei Necrologio esse appositum, est consortium vitii in scribendo: Andozillam enim alibi nusquam repertum iri existimo. Porro ut perfectum relegamus iter, paucis totam hunc excursum complecti juvat: quocirca, siquidem ex nullo capite probatur Gulielmum III habuisse patrem ex Montaltensium domo, standum est Vitalis narratui, qui ei matrem ex hac domo adscribit, patrem autem, qui S. Bertrandi frater, et Andofilæi videtur fuisse dominus: num autem hic idem sit ac Willem-Bernard de la Yla, quem num. 20 ex pulvere excussimus, malo nihil affirmare, quam in errorem impingere.

32 Alius S. Bertrandi frater, quem Catellus ignoravit, quem vero Oihenartus videtur detexisse (e), Raimundi de S. Egidio, comitis Tolosani, fuit socius in bello Hierosolymitano; num vero ipse domui suæ intulerit comitum Tolosanorum gentilitia insignia, (ut certo hoc aliquando fruita est honore), mihi exploratum non est. Cæterum constat bene eum meruisse de Raimundo Tolosano, et nonnullis in Palæstina copiis, e ditione forte sua collectis, fuisse præpositum. Narrat quippe Raimundus de Agiles (f) plura de Raimundo quodam de Insula, qui non potest non esse Atonis Raimundi de Insula filius: id enim indicat non tantum ipsum nomen Raimundus, (quod cum patris cognomen esset, avi forte nomen erat, et proin secundum hujus temporis morem imponebatur filio,) verum etiam ipse ordinarius scribendi modus Raimundi de Agiles, potissimum gesta Raimundi de S. Egidio, cujus capellanus erat, ejusdemque militum commemorantis: porro subiebat castrum de Insula Tolosano comitatui. Videat lector apud Bongarsium hæc S. Bertrandi fratris res gestas, quæ ad annum 1099 referendæ videntur. Præter hæc nihil aliud de hoc Raimundo certo cognoscitur; veruntamen filium habuisse videtur Jordanem, qui, anno 1132 matrimonium iniens cum Alues, filia Godefredi Murelli, stemma Insulanum

Alius S. Bertrandi frater

F

(a) Hist. du Béarn, p. 329. — (b) P. 453. — (c) Gall. Christ., t. I, col. 985. — (d) T. I, col. 481. — (e) Notit.,

utriusq. Vascon., p. 535. — (f) Bongarsius, Gesta Dei per Francos, p. 162.

A continuavit (a). Est autem ille ipse Jordanes, quem Catellus S. Bertrandi fratribus adjunxit; at quam erronee hoc fecerit, videt unusquisque, siquidem in magna prorsus senectute uxorem duxisset.

et nonnulla alia de ejus genere.

33 Percurrenti vero catalogum principum prælatorum, militum, quem Jacobus Bongarsius Gestis Dei per Francos præfixit, occurrunt præter memoratum Raimundum de Insula, Wiscardus de Insula et Balduinus de Insula; at cum sæculis, quibus bella sacra acta sunt, nomina Wiscardus et Balduinus minoris usus forent in Occitania, non dubito quin bellatores isti ad genus comitum Insulensium pagi Flandrensis pertineant: quapropter non vacat diutius ingens perscrutari volumen, cui consueti desunt indiculi. Quoniam nihil quoque mihi perspectum est de S. Bertrandi matris nomine, pauca, quæ hac de re dicenda sunt, ad hunc servare locum visum est. In stemmate comitum Tolosanorum, quod texerunt Occitaniæ histori (b), inter liberos, Gulielmo Scindenti-ferrum ex secunda ejus uxore Emma, Provinciæ comitissa, natos, prodit puella, Emma nomine, quæ, ut aiunt, Atoni Raimundi nupsit. At nusquam in eorum opere aliud fundamentum hujus asserti reperi præter recentioris scriptoris testimonium; et quidem affirmant id ab eo ex conjectura prolatum fuisse (c), et alibi, ubi explicite de sancto Bertrando sermonem faciunt (d), satis sibi habent Vitalis narrationem verbotenus in gallicum convertere idioma, minime sancti Bertrandi matris nomen determinantes.

imprimis de matre notantur.

34 At longius quam par est ab eorum discessere sententia scriptores operis Art de vérifier les dates. Duos enim tantum liberos adscribit Gulielmo Scindenti-ferrum ex prædicto matrimonio genitos, Pontium videlicet successorem, et Bertrandum, marchionem Provinciæ, omittuntque omnem filiam, quæ S. Bertrandi mater foret: quin tamen ea augeant liberorum numerum, quos dictus Gulielmus ex Arsinde, priore uxore, suscepisset. Recensent nempe tantum Raimundum et Henricum in juvenili ætate mortuos et Constantiam, alteram Roberti regis Franciæ uxorem, et Ermengardem Roberto comiti Arvernensi nuptam. At certo alicubi inserenda erat S. Bertrandi mater, quoniam id apertis verbis testatur Vitalis, qui in hoc capite omni exceptione major est. Cæterum qui latius splendidum S. Bertrandi maternum genus cognoscere cupiat, adeat, potissimum multoties citatam Occitaniæ historiam (e) et librum qui inscribitur Art de vérifier les dates. Paternum autem stemma texit Oihenartus (f), quod tamen latius declaratur in Historia Occitaniæ (g). Verum huic quoque plura desunt nomina quæ libenter ex authenticis monumentis supplerem, nisi per plura sæcula in historiam profanam oporteret excurrere; quod a nostro proposito alienum est. Monebo tantum in catalogo ditissimi archivii D. de Joursanvault (h) indicari explicarique nonnullas chartas ineditas, S. Bertrandi generi, jam pridem extincto, illustrando aptas. De editis non est quod dicam.

(a) Oihenart, Notit. utriusq. Vasconia, p. 536. — (b) Hist. du Languedoc, t. II, p. 538. — (c) Ibid., p. 176. — (d) Ibid., p. 364. — (e) Ibid., p. 538. — (f) Notit. utriusq. Vascon., p. 535. — (g) T. III, p. 601. — (h) T.

### § III. Pueritia et militia S. Bertrandi; quæritur an vere canonicus regularis fuerit in ecclesia S. Stephani Tolosæ; investigantur ejus episcopatus initia.

Quemadmodum superius jam innuimus, brevis est Vitalis in S. Bertrandi gestis evolvens, prolixus autem in recensendis miraculis: de his in annotatis ad Vitam fere agam; de illis hoc loco examinanda sunt plurima. E domo paterna S. Bertrandum, puerili nondum superata ætate, educit illius encomiasta Lastrade (i), mittitque eum ad Gulielmum I Ausciensem archiepiscopum, avunculum Gulielmi III, ut superius jam vidimus: quæ opiniones denuo ex male intellecto Vitali haustæ sunt. At hic quippe num. 10: Ex magna didicimus parte, relatione domini Vileumi (videlicet III), venerabilis archiepiscopi Auxitanæ sedis, nepotis ejus (scilicet S. Bertrandi), quem, (nempe Gulielmum), in ætate tenera apud se nutrit, et eundem fecit applicari studio litterarum. Quæ Vitalis dicta a Lastradianis assertis prorsus diversa sunt. Postquam vero Gulielmus I, (sic Lastrade (h) pergit), aliquamdiu nepotem suum excoluisset, credidit eum monachis Cisterciensibus in monasterio Casæ-Dei, sacris litteris erudiendum. Quæ nova commenta, utpote quod in his agatur de monasterio tum nondum existente, num. 10 et seqq. satis jam convulsa fuerunt. Ex Vitali num. 1 id unum scimus placuisse utrique parentum, ut juxta Apostolum, ab infantia sacras cognosceret litteras, quæ eum possent instruere ad salutem per fidem quæ est in Christo Jesu. Cujus rei causa quibus viris creditus fuerit, nos latet: cæterum sacræ hæc litteræ nihil aliud esse videntur quam prima Christianæ doctrinæ et forte latinæ elementa; nam juvenis factus, armis indutus est.

S. Bertrandus pie educatur:

36 Cum vero B. Bertrandus, (sic loquitur Vitalis num. 2,) attigisset juvenilis robor ætatis militaribus armis est decoratus: quod quoto ætatis anno factum sit, difficile determinare est, quoniam stabile non erat hujus solemnitate tempus. Designantur scilicet citatis verbis ceremoniæ, quibus creabantur milites et equites: hujus celebritatis ritus edidit Martenius inter veteres ritus Ecclesiæ (l) et plura hæc super re exstant in Dictionario Trivultiano ad verbum Chevalier, plura in Glossario Cangii ad verbum Arma, Miles, etc., et apud obvios fere scriptores. Cum autem de tempore, quo arma traderentur, loquuntur scriptores veteres, vagam tantum temporis indicationem: cum juvenile robor, cum adolescentiæ tempora, etc. attigisset, proferunt: sed cum necesse esset, ut eques non ludicris sed gravibus armis ferendis par foret, viginti unus aut vulgo saltem octodecim anni requirebantur in creando equite: pro pluribus valeat unum Henrici, Gulielmi, Conquæstoris filii, specimen; sic de eo breve Chronicon S. Martini Turonensis (m): Henricus anno regni patris sui Guillelmi III natus est in Anglia, XXI ejusdem regni, ætatis vero suæ XIX a patre sumpsit arma in Pentecosten. Ordericus Vitalis lib. VIII scribit eum a Lafranco Cantuariensi archiepiscopo (ut in more fere erat) armis indutum fuisse. Simile quid in S. Bertrando obtinuisse planum conjicere est.

E

juvenis factus, militaribus armis induitur;

F

37 Quos mores miles induerit aut servaverit,

in quo vitæ statu justitiam, aliasque virtutes colit;

II, p. 48. — (i) Relation de la translation d'une relique, etc., p. 12. — (h) Ibid., p. 14 et seq. — (l) Lib. II, cap. XII. — (m) D. Bouquet, Rec. des histor. de France, t. XII, p. 65.

pluribus

A pluribus explicat biographus Vitalis, eum non tantum a cultis virtutibus, verum etiam a calcatis vitiis laudans. Et reapse non exigua laus est isti viro, qui, cum non de parentibus infimis, et sub habitu militari posset viribus et potentia sua nonnullos opprimere, aliena diripere, et multam exercere malitiam, noluit exequi temporalis militiae potestatem ad bonorum perniciem: hæc Vitalis. Quæ sane eo magis nostrum Sanctum commendant, quo crebrior tum esset apud milites nobilesve iniquitatis injustitiæque usus: qua de re grave testimonium est Treuga-Dei, a medio sæculo xi (a) sæptus denuntiata; et quidem, si una tantum S. Bertrandi Vita exstaret, sat plura jam præsto essent vexationum specimina, quæ his temporibus in consuetudinem abierant.

dein canonicus et archidiaconus Tolosanus fit.

38 Quamdiu S. Bertrandum militem egerit determinare neque ob silentium Vitalis aliorumque scriptorum. Cum vero quadraginta saltem annos episcopalem sedem tenuerit, manifestum est non ita diurnam ejus fuisse militiam. Aliquot itaque annis post assumpta arma canonicus factus sit oportet in ecclesia cathedrali S. Stephani Tolosana, ut tradit Vitalis num. 10, et dein archidiaconus Ecclesie Tolosanae, ut idem Vitalis testatum facit num. 7. At quæstio est, num id temporis capitulum ecclesie cathedralis jam collegium esset canonicorum regularium; et proin an horum institutum professus sit S. Bertrandum. Affirmans sententia proponitur in Officiis propriis Tolosanis anni 1647, et in Proprio Sanctorum Ordinis canonicorum regularium Congregationis Gallicanae anni 1665; in Propriis vero ejusdem Congregationis annorum 1758 et 1765 et similiter a Baillo velatur difficultas his aut similibus verbis: In ecclesia Tolosana canonicus et archidiaconus eo tempore fuit, quo regularis disciplina sub Isarno præsule ibidem refovere cœpit. Lastrade, qui tamen in præfatiuncula lectorem monet nihil quod verum non sit in suo libello repertum iri, pro more e sua penu profert S. Bertrandum allectum fuisse ab Isarno, qui eo ad perficiendam cleri sui reformationem tamquam instrumento usus esset. Ad solvendam vero propositam quæstionem, ante omnia necesse est, ut inquiramus in initium episcopatus S. Bertrandi; nam si ad annum 1073, ut quidam volunt, referas ejus electionem ad cathedram Convenensem, a priori, ut aiunt, omnem præscindis quæstionem, excludisque S. Bertrandum e capitulo regulari ecclesie S. Stephani, quod certo certius post annum 1073 eorsum est. Primum itaque variae variorum scriptorum sententiæ de tempore, quo Convenensis infulus ornatus est S. Bertrandus, exponendæ videntur.

Factus est episcopus non anno 1073.

39 Claudius Robertus in tentato potius quam perfecto opere, Gallia Christiana (b), S. Bertrandum vage coævum facit Alexandro III; quod dimidio sæculo a vero aberrare est. Ricciolus (c) et fratres Sammarthani (d), Oihenartum secuti, ejus episcopatus initium determinare refugiunt, scribuntque: Regebat episcopatum annis 1085 et 1086; Dionysius vero Sammarthanus (e) sic disserit: Mortuo vero Otgero, Conveniensis episcopo, subrogatur anno circiter 1073. Hoc enim anno confirmavit Petro Simorræ abbati monasterium Salengolinum. Eadem tamen columna de Gulielmo ejusdem sedis præsule agens, Saracolinense instrumentum in dubium vocat, monens: Anno 1078 habitum est adhuc Gerundæ concilium, cui interfuit Gulielmus, Convenarum præsul; qui si fuerit noster Gulielmus, quæ leguntur ex argumentis parum

certis de Otgerio et de Bertrando anno 1073 debent deferri ad aliud tempus. Baillet (f) et Beaunier (g) Sancti nostri episcopatus exordium innectunt anno 1076, quin moneant cui superponant fundamento tam alienam sententiam. Mitto reliquos, qui hac de re dixerunt, aut aliorum potius sibi affinxerunt sententias.

40 Equidem opinor S. Bertrandum ad Convenensem cathedram evectum fuisse circa annum 1083; quod videtur sequentibus stabiliri posse argumentis: certum imprimis est eum ante annum 1078 Convenensem non fuisse præsulem, quoniam hoc anno absque dubio sedebat adhuc Gulielmus, qui anno 1063 ad hanc sedem accesserat. Aperte enim id colligimus ex concilio Gerundensi, cujus Acta edidit Martenius (h) ex scriptis D. Joseph de Traverner d'Ardenne, canonico Barcinonensi; at multo accuratius vulgata illa fuerunt in Hispania Sacra (i) ab Antolino Merino. In utraque tamen editione penultima subscriptio hæc est: Gulielmus Conveniensis episcopus subscripsi; porro hæc tertia Gerundensis synodus celebrata est temporibus S. Gregorii Papæ VII anno Dominicæ incarnationis septuagesimo octavo post millesimum, ut totidem verbis ibi reperies. Neque illud unicum testimonium est, quod, etiamsi solum, difficultatem dirimeret.

41 Circa ipsum tempus, quo hæc sacra synodus conveniebat, restaurare cupiebant monasterium Balneolense Bernardus, comes Bisullunensis, et conjux ejus, comitissa Ermeniardis: ut vero hujus restorationis instrumentum majori muniretur auctoritate, Amati Ellorensis episcopi, S. Romanæ Ecclesie legati, et dicti concilii præsidis, aliorumque præsulum confirmationem petierunt. Prodidit illustrissimus Petrus de Marca (k) hoc ipsum instrumentum, quod duplicem partem habet; posterior pars sic desinit: Et rogo firmari hanc meam largitionem testibus: Berengarius, gratia Dei Gerundensis episcopus. Guillelmus archilevita. S. Guillelmi Dei misericordia Convenarum episcopi. S. Raimundi comes, Petrus sacerdos et monachus, qui hoc scripsit die et anno quo supra. Qui dies et annus ad finem prioris partis cum confirmatione Amati hac formula produntur: Quæ est facta nonis Martii anno millesimo lxxviii, æra millesima centesima decima sexta, indictione prima. Ego Amatus Ellorensis episcopus, sanctæ Romanæ Ecclesie legatus, laudo et confirmo, etc. Testimonium clarum est.

42 Ast intercedit: pugnat videlicet hæc chronotaxis cum charta Simorrænsi, in qua Bertrandum anno 1073 dicitur esse episcopus. Cui objectioni duplex potest dari solutio: etenim, si nullum ex tribus monumentis intrinsece examinatur, fides potius danda est Actis concilii, quorum exemplaria, utpote plura numero, minus obnoxia erant corruptioni, quam instrumento cujusdam cessionis, servato in uno tantum scrinio; deinde duplex monumentum adversus unum prævalere debet. Altera solutio ex integritate monumentorum petitur: si enim productas chartas inspiciamus, vitium ex una parte, nullum ex altera oculos ferit. Quantumvis quippe nusquam obviare potui integro Simorrænsi membranae egrapho, duplex linea, quam ex ea refert Sammarthanus, sufficit ut jam patescat nævus; ait nempe (l): Mortuo vero Otgero.... subrogatur S. Bertrandum anno circiter 1073. Hoc enim anno confirmavit Petro Simorræ abbati monasterium Salengolinum: quo nomine sæculo xi dicebatur monasterium in diocesi

sed post annum 1078, ut liquet ex concilio Gerundensi.

et ex instrumento restorationis monasterii Balneolensis;

quæ chronotaxis non quatitur instrumento Simorrænsi, cui subscripsit S. Bertrandum;

(a) Hist. du Languedoc, t. II, p. 607 et seqq. et passim. — (b) Gallia Christ., p. 315. Edit. 1626. — (c) Chronolog. reformata t. II, p. 207. — (d) Gall. Christ., t. II, p. 548. Edit. anni 1656. — (e) Gall. Christ. nova, t. I, col. 1094. — (f) Vies des Saints, t. VII, p. 243. — (g) Rec. des archie-

vêchés, t. I, p. 90. — (h) Thesaur. Anecdotor., t. IV, col. 1190. — (i) Espana sagrada, t. XLIII, p. 482. — (k) Marca Hispanica append., col. 1168. Edit. Baluzii. — (l) Gall. Christ. t. I, col. 1094.

**A** Ausciensi situm (a), deinde dictum Sarancolinum, ut notat Gallia Christiana (b), aut Sarrancolinum, ut vult d'Expilly; qui monasterium illud prioratum nuncupat. At nævus, qui adest, chronologicus est. Anno enim 1073 non erat Petrus Simorreus abbas. Exhibet quippe Mabillonius (c) ad annum 1703 partem instrumenti pertinentis ad concilium, apud S. Mariæ Orreæ hoc anno idibus Augusti celebratum, et in quo cella Sanctæ Dodæ monasterio Simorreæ asserta fuit; ad calcem vero instrumenti mutili, in quo Pontii Bigorrensis episcopi nomen legitur, traditur hunc Pontium tunc temporis abbatiale Simorreense munus una cum episcopatu tenuisse. Adversus hæc recalcitrat quidem Sammarthanus (d); sed in tezendo Tarbensium episcoporum catalogo vestigia sua relegit, affirmatque (e) Pontium, prius Simorreensem abbatem, non abstinuisse a Simorreensi abbatiâ, quam anno 1073 adhuc haberet, cum iudicio episcoporum cella Sanctæ Dodæ Simorreensis est restituta. Novi equidem aliam suscitari posse exceptionem ex his, quæ Sammarthanus (f) asserit de Bernardo, postea facto abbate S. Savini Tarbensis, et quem antea Petrus, Simorreus abbas, constituisset in suo cœnobio priorem; at ne latius denuo excurrere cogamur, suffecerit invitasse lectorem ad examinandum expendendumque catalogum abbatum Simorreensium et S. Savini Tarbensium; et utrumque hiulcum ab eo repertum iri, affirmare non dubito.

atque adeo verisimile est ejus episcopatum circa annum 1085 inchoatum fuisse.

43 At licet gravi vitio laboret Simorreus charta, de qua modo dixi, non tamen est quare ei omnis adimatur auctoritas: facile enim oscitans amanuensis loco MLXXXIII, MLXXXII scribere potuit; et reapse si annus MLXXXIII probatur, potior tollitur difficultas. Pontius enim Bigorrensis aut Tarbensis episcopus anno 1080 mensem Aprilem inter et hujus anni finem mortuus aut sedem suam reliquisse censendus est, quandoquidem kalendis Aprilis ejusdem anni diploma confirmavit, et ante anni exitum ejus successor, Hugo, Burdigalensi concilio interfuit. Pontio itaque mortuo aut aliorum translato, et Simorreensi proinde pedo pertinente ad neminem, potuit Petrus sine negotio abbas Simorreus esse anno 1083. Quod vero hujus explicationis consequens est, admittatur oportet, S. Bertrandum anno 1083 Convenensi cathedra jam potitum esse. Et quidem neque ad multo superiora tempora referri potest ejus episcopatus exordium: vidimus enim anno 1078 Gulielmum Convenis sedentem; ast inter Gulielmum et S. Bertrandum inserunt, quotquot vidi aliquid notæ scriptores, Otgerum: cui sententiæ traditio Tolosana, quæ ex S. Bertrandi officio innotescit, et Convenensis, adstructa a Lastrade, consona omnino est. Relato itaque S. Bertrandi episcopatus initio ad annum circiter 1083, expendenda superest duplex quæstio: prior an vita canonicorum regularium ante annum 1083 in ecclesiâ Tolosanâ S. Stephani introducta sit; posterior, si ad priorem affirmanter respondetur, hujusne participem se fecerit S. Bertrandus.

Cum autem vita canonica in ecclesiam S. Stephani anno 1077 introducta fuerit, ut liquet non ex instrumento quod vulgo circumfertur,

44 Ad prius quæsitum varie a variis respondetur; duplicem tantum proferam sententiam: Gallia Christiana scriptores (g) et similiter Occitanis historiographi (h) statuunt chartam reformationis circa annum 1077 confectam et S. Gregorio Papæ VII inscriptam seu missam fuisse. Contra Lelarge, Gallicanæ Canonicorum regularium congregationis socius, in suis de canonicorum ordine disquisitionibus (i), anno 1079 vulgatis, ex Catelli monumentis

Occitanæ partem dicti instrumenti refert, et hanc reformationem anno 1083 alligat. Hæc illi. Quæ ut in examen vocemus, pauca de dicto instrumento præmittenda sunt, in eo Isarnus Tolosanus episcopus: primum disserit de misero S. Stephani ecclesiæ statu; deinde dona enumerat sua, idemque præstat Gulielmus, comes Tolosanus; postea commendatur facta bonorum cessio protectioni S. Hugonis Cluniacensis abbatis, et S. Gregorii VII approbationi; sequuntur imprecationes; et demum nova sunt dona, inter quæ quarta pars oblationum ecclesiæ S. Saturnini, tertia pars cœmeterii ejusdem ecclesiæ, etc. Verum, si res penitus inspiciatur, una ex sequentibus tribus hypothesibus admittenda est: vel tota charta facta sit oportet circa annum 1081; vel ejus finis circa hunc annum, et reliqua pars aliquot annis ocus; vel finis circa annum 1081, postulatio approbationis opposita paulo ante, et prima pars, cum reformatio inducta est: adeo ut id diploma semel aut iterum auctum videatur. Cujus sententiæ rationes tum ex instrumenti forma, tum ex epistola S. Gregorii VII (k) repeto; sic enim ad annum 1081 ad Richardum abbatem Massiliensem scribit: Unde et canonici (S. Saturnini) querimoniam ad nos direxerunt super clericis sancti Stephani... qui... cœmeterium, quod ante regularem ordinationem suam locus ille (S. Saturnini) quiete per longa temporum curricula tenuit, modo auferre atque ecclesias ad eum pertinentes in potestatem suam illicitis conditionibus redigere conantur, etc. In quibus verbis certe alluditur ad donationis appendicem, in qua data fuerant San-Stephanianis tertia pars cimeterii Sancti Saturnini, et cætera omnium ecclesiarum totius episcopatus ad Isarnum pertinentia; verum inter hæc nonnulla erant de quibus litigabant inter se Isarnus et San-Saturniniani. Cum autem S. Gregorius VII in rebus urgendis alacer esset, non multum spatium inter Isarni prostremam donationem et Pontificis epistolam interponendum est: unde liquet ultimam instrumenti partem ad annum circiter 1080 referendam esse; at prima pars facta fuerit cum clericis ad vitam regularem invitati sunt: quod quo tempore præstitum fuerit, non patet ex dicto instrumento, aliis de causis usui sæpius futuro.

45 Aliunde itaque repetenda est hujus reformationis ætas: id fieri posse existimo ex monumento donationis ecclesiæ B. Mariæ Deauratæ, traditæ S. Hugoni Cluniacensi ab eodem Isarno episcopo: habes integrum hoc monumentum in tomo XIII Gallia Christiana; sic autem desinit: Et ut charta rata permaneat, manu propria firmavi et canonicis meis corroborandam tradidi. D. Isarni episcopi. D. Raymundi episcopi. D. Raymundi episcopi Lectorensis præpositi Sancti Stephani. D. Raymundi Petri canonici S. Stephani. D. Petri Amelii prioris ejusdem sedis... Facta autem charta anno ab incarnatione Domini millesimo septuagesimo septimo, pontificatum Romanæ Ecclesiæ tenente Gregorio septimo PP., Francorum autem regnum Philippo rege, etc. Jam vero si quis attenderit Isarnum in aliis chartis solere canonicos a clericis distinguere, et cum canonicis alibi scribit, ab eo intelligi canonicos S. Stephani, jam regulariter viventes, liquet ex modo invocata charta, anno 1077 reformationem in ecclesia S. Stephani jam obtinuisse. Præterea Prioris titulus, qui Petro Amelii tribuitur, alterum argumentum est id temporis clericos S. Stephani regularem vitam amplexos esse.

D

E

sed ex instrumento traditionis ecclesiæ B. Mariæ Deauratæ in Cluniacensium gratiam, F

(a) Gall. Christ., t. I, col. 1014. — (b) Ibid., col. 1094 ad marginem. — (c) Annal. Ord. S. Bened., t. V, p. 67. Edit. Luc. — (d) Gall. Christ., t. I, col. 1015. — (e) Ibid., col. 1228. — (f) Ibid., col. 1015. — (g) T. XIII, col. 13 et passim.

(h) Hist. du Languedoc, t. II, p. 226, et probat. col. 292 et seqq. — (i) De Ordine canonic., p. 356. — (k) Labbe. Concil., t. X, col. 297.

A Unde evidens est S. Bertrandum, quem circa annum 1083 episcopum factum esse diximus, potuisse canonicis regularibus S. Stephani adscribi. At quæritur secundo an reapse eis adscriptus fuerit.

potuit illic S. Bertrandus regularis esse canonicus, et reapse fuisse videtur;

46 Quidam affirmant, alii respondere refugium, ut Bailletus et recentiorum breviorum Congregationis Gallicanæ scriptores. Et reapse est unde quis dubius hæreat; in affirmantium tamen sententiam ire juvat sequentes ob causas. Vitalis, num. 7 de electione S. Bertrandi ad Convenensem cathedram agens, sic loquitur: Venerunt ad claustrum Beati Stephani, ejusdem loci episcopo et conventui electionem indicantes; ubi quid sibi claustrum, quid sibi conventus velit, perspicuum est, nisi quis præter omnem verisimilitudinem sibi fingat clericos non reformatos habitasse in eodem claustrum cum canonicis regularibus. Num. autem 10 idem Vitalis, ludens fere verbis, et indicans Gulielmum III, Ausciensem præulem, S. Bertrandi locum occupasse in ecclesia S. Stephani, scribit: Et (S. Bertrandus) canonicavit eum (Gulielmum) in ecclesia S. Stephani, unde ipse fuerat canonicus. Verum Gulielmus absque controversia canonicus regularis fuit, quandoquidem in instrumento reformationis, de quo supra, hæc occurrunt: Statui siquidem habita deliberatione, ut quicumque clerici abhinc et deinceps corpori voluerit communicare ecclesie prælibatæ, mancipandum se noverit rigori canonicæ vitæ, etc. Quibus accedit quod S. Bertrandus, episcopus Convenensis factus, continuo regularem vitam inter canonicos suos introduxerit, ut habet Vitalis num. 8.

B

licet archidiaconatus, quem obtinuit, in instrumento de reformatione non memoratur,

47 At duplex occurrit difficultas: prior nempe constare ex Vitali num. 7, S. Bertrandum antea suum episcopatum archidiaconum Tolosanum fuisse, ejus tamen archidiaconatum non recenseri inter archidiaconatus canonicorum, qui se reformationi subjecerant: in instrumento scilicet, de quo supra num. 44, hæc occurrunt (a): Dono ergo (canonicis nempe S. Stephani) Petri Emelii ejusdem sedis prioris archidiaconatum Agarnensem cognominatum similiter et Bernardi Franconi archidiaconatum a porta Narbonensis ad usque Carcassonense territorium, insuper et illorum omnium archidiaconatus clericorum, qui se huic vitæ canonicæ associare voluerint nunc et in futurum, ut cuncti suas, quas in domino archidiaconi tenent, partes in commune reddant. Verum ex his verbis id tantum evinci posset S. Bertrandum nondum archidiaconum fuisse tempore, quo hoc instrumentum conditum esse diximus. Altera difficultas et multo gravior petitur ex eo, quod S. Bertrandus, jam episcopus factus, archidiaconatum suum non dimisit. Etenim licet hac de re taceatur in Gallia Christiana, hujus tamen rei probati testes præsto sunt: videlicet Occitanæ historici (b), in margine ad monumenta Occitanæ Catelli (c) lectorem remittentes, hæc gallice scribunt: Electus episcopus, archidiaconatum tamen retinuit; in instrumento enim, anno 1086 facto, se episcopum simul et archidiaconum Tolosanum dicit; similiter fratres Sammarthani sic loquuntur (d): Regebat (S. Bertrandus) episcopatum annis 1085 et 1086, in scriniis Ecclesiæ Tolosanæ subscribit episcopi Convenarum nomine simul et archidiaconi Tolosæ, necnon anno 1120. Quæ dicta firmari possunt his verbis, ex instrumento restitutionis B. Mariæ Dealbatæ, factæ in gratiam monasterii B. Mariæ Deauratæ circa annum 1110 (e): Hoc factum est consilio et voluntate Amelii episcopi Tolosani et canonicorum ecclesiæ Sancti

(a) Hist. du Languedoc, t. II, probat. col. 222. Exstat quoque, non tam recte tamen, in Gall. Christ., t. XIII, instr., col. 7. — (b) Ibi id., t. II, p. 331. — (c) P. 906. — (d) Gall.

Stephani Arnaldi Raimundi præpositi, Aicardi Willelmi, Bertranni, archidiaconorum et aliorum, qui ibi aderant.

D

48 Verum ex ipso monumento sæpe dictæ reformationis videtur colligi posse, apud hos canonicos munera tantum per mortem vacasse; nam verbis Isarni numero superiore recitatis hæc subjunguntur: Et post eorum decessum quoscumque voluerit episcopus archidiaconus esse cum cleri consilio, secundum Deum debent eligere et constituere; et præter decessum nulla alia vacationis causa assignatur. Præterea commune jus hic non obtinuisse vel ex eo evincitur, quod Raimundus Lectorensis, qui dictum instrumentum confirmat, S. Stephani præpositus erat (vide num. 45); sed hoc tamen notandum illos post admissas canonicorum regularium institutiones suæ præposituræ emolumenta non percipisse: secus enim non dedisset Isarnus sub communi vita regulariter in prædicta sede canonicis viventibus præposituræ scilicet et decaniæ, sacristianæ et capiscolia cunctum honorem. Dubium non est quin similiter S. Bertrandus, archidiaconatum in diocesi Tolosana servans, onus et dignitatem sui muneris, non vero ejus emolumenta sibi reservasse dicendus sit. Porro frustra ex Convenensis ecclesiæ paupertate excusatio peteretur; non enim minus pauper et misera erat ecclesia Tolosana, ut ex Isarni dictis patet. Quem vero archidiaconatum S. Bertrandus rexit, non invenio. Cum diocesis Tolosana in archidiaconatum transiit, plura turbata fuerunt; unde, licet tempore S. Bertrandi plures archidiaconatus penes laicos fuisse constet (f), atque proinde sciatur quosnam certe nequiverit possidere, tanta tamen hic offunditur caligo, ut nihil certi asseri queat.

et hujus archidiaconatus munita, non emolumenta, tempore sui episcopatus retinuit.

E

49 Sed redeundum est ad vitam canonicam, quam S. Bertrandus professus fuit. Præcipua ejus leges in sæpe memorata Isarni charta sic exponuntur: Verbi gratia ut nihil sibi aliquid proprium habeat, vel etiam (quod absit) dicat; omnes una prandeant, una somnum capiant, communis omnibus secundum apostolicæ institutionis formam victus sit et vestitus; nulli præter licentiam sui prioris suppetat eundi vel evagandi libertas aliqua, ut quibus unus Dominus, una fides, unum est baptisma, unus existat spiritus et una anima. Ne vero alicui ob penuriam victus tantæ autoritatem diffinitionis transgrediendi male blandiatur occasio, decerno ut deinceps ex suis, si forte reperiri possint qui mereantur, præpositum, decanum, archidiaconos, scholæ magistrum, sacristam, communi consensu sibi eligant, substituant, eorumque honores cum omnibus honorum censibus, tam a sæculari conversatione convertentium quam a puero sub canonica disciplina nutritorum, per succedentium hujuscemodi ministrorum ecclesiæ successiones, cum archidiaconatum redditibus accipiant, possideant. Omnia ergo quæ communi donare eorum vitæ decrevi, etc.

Recitantur aliquot leges vite canonicæ, quam servavit S. Bertrandus,

C

50 Ut num. 44 monitum fuit, post enumeratas in illa charta donationes, petitur a summo Pontifice Gregorio VII approbatio aut confirmatio. Verum dubito num hæc charta Romam pervenerit, tum quoniam S. Gregorius circa annum 1081 (g) San-Stephanianos appellat mere clericos, San-Saturninianos vero canonicos, (qua vocum varietate hos regulari vitæ præceptis obstrictos fuisse, non item illos designasse videtur); tum quoniam San-Stephanianorum reformatio nunquam ab eo confirmata censenda est: nusquam enim exstant confirmatorie litteræ, ab

F

qui, licet hæc canonicorum collegium tantum anno 1105 a summo Pontifice confirmatum fuit, vero regularis fuit.

Christ., t. II, p. 548. Edit. 1656. — (e) Gall. Christ., nov., t. XIII, instrum. col. 14. — (f) Hist. du Languedoc, t. II, p. 237. — (g) Labbe Concil., t. X, col. 297.

hcc

A hoc pontifice data; sed ex Gallia Christiana (a) habes hujusmodi litteras a Paschali II concessas fuisse anno 1105, et inter instrumenta ejusdem operis (b) occurrit privilegium Innocentii II anno 1142 eidem ecclesiae indultum, et quinquennio ante bulla pro regula confirmanda ab eodem Pontifice concessa fuisse ibidem (c) traditur. Porro ad hæc monumenta alludit Alexander III in bulla, data anno 1162; hæc enim illic obviant verba (d): Ad exemplum prædecessorum nostrorum felicitis memoriæ Paschalis et Innocentii Romanorum Pontificum Apostolicæ Sedis privilegio communimus; statuentes ut ordo canonicus et regularis vita in eadem ecclesia constituta ibidem perpetuis et futuris temporibus inviolabiliter observentur, etc. Nihil vero istic de S. Gregorio VII. At quoniam S. Gregorius canonicorum Tolosatam regulam non confirmavit, inde consequens non est S. Bertrandum genuinis canonicis regularibus non accensendum esse. Etenim etiamsi novus Ordo religiosus fuisset, (non is tamen erat, utpote S. Augustini regulam sequens,) nihil id omnino obstitisset, quoniam, ut videtur, in concilio Lateranensi IV anni 1215 canone XIII (e) primum novorum religiosorum Ordinum institutio vetita est; et quod pertinet ad nova fundanda monasteria, approbatio Pontificis dimidio etiam sæculo tardius cepit certis in casibus necessaria esse (f). Dum vero S. Bertrandum in canobio S. Stephani cum archidiaconi dignitate moraretur, non omnimoda sane pace fructus est. Jurgia plurima inter canonicos S. Stephani et canonicos S. Saturnini ferebant: quorum facta paucis referunt historiographi Occitaniæ (g).

§ IV. An hodiernæ Convenæ, a S. Bertrando ædificatæ, locum occupent veterum Convenarum; item, sitne præsens ecclesia ab hoc Sancto exstructa. De institutione canonicorum regularium Convenensium.

C S. Bertrandum episcopus sacratus fuit a Gulielmo I Ausciensi, qui neque patruus neque avunculus ejus fuit. Superiori § arbitror verisimile a me factum esse S. Bertrandum circa annum 1083 ad Convenensenses infulas fuisse promotum: Procedente tempore, addit Vitalis, consecratus est a Vilemo Bernardo beatæ recordationis venerabili archiepiscopo in Auxitana ecclesia. An vero tum primum sacerdos factus sit, non est quod edisseram, quandoquidem in diocesi Tolosana archidiaconus presbyter esse poterat, ut liquet ex hoc solo capite quod S. Bertrandum, episcopus factus, archidiaconatum suum non dimisit. Gulielmus I, Ausciensis præsul, qui S. Bertrandum consecrasset dicitur, ejus avunculus appellatur in propriis Tolosano et S. Genovefæ anni 1665; verum is neque avunculus, neque patruus S. Bertrandi fuit. Si enim avunculus esset, tum ipse et tota caterva suorum fratrum, quos ex instrumento, edito in Gallia Christiana (h) cog-

D noscere licet, inter liberos Gulielmi Scindentis-ferum, comitis Tolosani, et S. Bertrandi materni avi, computandi forent; licet ipse Gulielmus, Ausciensis archiepiscopus, se filium Bernardi istic dicat. Neque patruus S. Bertrandi fuit Gulielmus, quia num. 23 et 24 demonstratum fuit fratri S. Bertrandi sororem Gulielmi I Ausciensis præsulis nupsisse; et proinde secundum Tolosanum et Parisiense Officia amita nupsisset suo nepoti: quod absque certo argumento admittendum non est.

52 Præter boni episcopi strenue adimpleta officia, teste Vitali, dedit S. Bertrandum vehementius operam, ut ecclesia in altum consurgeret, et decoravit cum illa ornamentorum venustate, quam exigit sibi in usus ecclesiæ, quia diligebat decorem domus Dei et locum habitationis gloriæ ejus. Circa ecclesiam claustrum construxit, quantum permisit loci angustia, impediente præcipitio rupium: ibidem religionis amator, canonicos instituit, qui sub regula S. Augustini ecclesiasticis manciparentur obsequiis. In monte quippe domus non erant, et ecce temporibus hujus Sancti, meritis exigentibus suis, homines accesserunt et in monte civitatem habitationis reædificaverunt: et juxta prophetam, seminaverunt agros, et plantaverunt vineas, et fecerunt fructum nativitatis; et locus, qui multis temporibus desertus fuerat, habitatores recepit. Duplex quæstio, de qua varie sentiunt, discutienda hic loci est: prior, veteresne Convenæ occuparent eundem locum ac civitas, quæ tempore S. Bertrandi ædificata est; posterior, ædificaveritne S. Bertrandum ecclesiam, quæ nunc istic visitur, seu sitne hæc eo antiquior aut recentior. Reliquis hic § in his fere disquirendis erit, admixtis pro re nata rebus levioribus.

53 Cum de Convenarum exordiis permulta jam congesserint varii scriptores, brevioribus nobis esse licebit. Docte pro more suo agit de comitatu Convenensi Petrus de Marca (i); quam laudem Dadino Alteserræ (k) libenter quoque tribuimus. Oihenartus etiam latissimum sagacemque commentarium Notitiæ utriusque Vasconix (l) inseruit: quem ducem imprimis secutus est Adrianus Valesius in Notitia Galliarum; ex Valesio vero fere deprompta sunt, quæ Dionysius Sammarthanus (m) habet. At sanctus Hieronymus in tractatu II adversus Vigilantium, locuples testis, corruptis tamen ejus verbis, apud plerosque producit. Hæc vero in editione Parisiensi 1624 (n) reperio: Nimirum respondet (Vigilantium) generi suo, ut qui de latronum et convenarum natus est semine: quos Cn. Pompejus, edomita Hispania, et ad triumphum redire festinans, de Pyrenæi jugis deposuit, et in unum oppidum congregavit: unde et Convenarum urbs nomen accepit. Hucusque latrocinetur contra Ecclesiam Dei, etc.

54 Cum autem hæc civitas in monte sita esset, a pluribus Lugdunum Convenarum dictum est; hos inter citantur: Ptolomæus, Æthicus et Strabo. De dictis Æthici consule Diarium Trivultianum (o); De la Porte du Theil in docta sua Strabonis versione (p) pluribus commentatur locum, ubi de Convenis agitur. At nolo latius digredi de correctione quam intrudere vellet, et multi sane ægerrime susciperent. Quod vero alterum hoc nomen Lugdunum a

(a) T. XIII, col. 75. — (b) Ibid., instr. col. 49. — (c) Ibid., col. 76. — (d) Hist. du Languedoc, t. II, probat. col. 586 et seq. — (e) Labbe Concil., t. XI, part. 1, col. 169. Cfr. Alteserram in Ascetico, l. 1, c. xviii, p. 44. Edit. 1777. — (f) Cap. Religionum, § Confirmatos, de relig. domibus, in sexto, et Cap. Cum ex eo, de excessibus prælator. eod. lib. vi. Cfr. Benedictum XIV de Synod. diocesis. lib. ix, cap. 1, n. 9. Schmier, Jurisprud. Canon. civil. lib. iii. tract. 1, part. II,

cap. II, sect. 1, § III; et Ferraris Biblioth. Canon. V. Conventus. n. 13. — (g) Hist. du Languedoc, t. II, p. 294 et 331. — (h) T. I, instr. p. 160. — (i) Hist. du Béarn, p. 8 et 34. — (k) Rer. Aquitanic., p. 69 et seqq. — (l) P. 517 et seqq. — (m) Gall. Christ., t. I, col. 1089 et seqq. — (n) Oper. S. Hieron., t. I, p. 407. — (o) Journ. de Trévoux 1730, Juillet, p. 1313. — (p) Strabo, lib. II, cap. II, t. II, p. 40.

A loco, cui imposita est, mutuata est civitas Convenæ. ex sequentibus Valesii verbis eruere licet. Ad vocem videlicet Lugdunum Clavatum Remorum (Laon): Dunum autem, ait, veteres Galli montem vocaverunt, et ad Lugdunum Segusianorum (Lyon) latius eandem prosequitur mentem his verbis: Vetus itinerarium Lugdunum Montem Desideratum interpretatur.... Auctor libri de fluminibus Lugdunum gallica lingua Corvi Montem significare ait... Lugo corvum, duno montem designante. Pergit dein confutans Erricum monachum, qui Lucdunum scribens illud a lucido monte deducit: in quem tamen errorem postea prolapsus est Dionysius Sammarthanus (a). Charrier (b) inquit sententiam, omnium forte probatissimam, deducitque Lugdunum aut Lucdunum a luc. populum notante, et dun, referente montem. At quidquid tamen de priore vocis parte esse queat, illud certum est duno montem aut potius collem designari: collem dico, quoniam in linguis septentrionalibus eadem vox idem significat, et omnes fere urbes, quarum latinum nomen in dunum desinit, in collibus aut clivis ædificatæ sunt: quarum sane numerum ingentem esse neminem latere potest. Ex quibus generatim constat Convenas in monte positas fuisse; verum accuratius ejus determinandus est situs, et primum quidem audiendi sunt scriptores aliquot præcipui.

oppidulum a S. Bertrando conditum sit:

B 55 Celeberimus itaque geographus Balbi in suo Geographiæ Compendio oppidum S. Bertrandi, seu præsentis Convenas, juxta pristinum Lugdunum Convenarum collocat, sic fere de eo gallice disserens: Oppidum S. Bertrandi (Saint-Bertrand de Comminges) exigua civitas est, et multum in deterius conversa; verumtamen magni adhuc momenti est ob marmoreas suas officinas... Effossiones subterraneæ in S. Bertrandi ejusque vicinia factæ multis funebribus inscriptionibus ahenisque monumentis detegendis fuerunt utiles. Pertinebat hæc autem cum theatri ruinis ad Lugdunum Convenarum, quæ antiqua urbs in ejus vicinia erat sita. Similiter sensit Vasco quidam, auctor dissertationis, quam superius in Diario Trivultiano esse monui. De la Martinière in Dictionario Geographico (c) non prorsus dissimilem profertur sententiam: Antiquum Lugdunum Convenarum, inquit, positum erat ad radices montis, in quo nunc S. Bertrandi Fanum exstat, atque illud amplius fuisse quam Tolosam ex mœnium vestigiis quisque colligere potest.

plures negarunt, plures affirmarunt;

C 56 Aliter et, mea sententia, recte quidem sensit Baudrand in suo Lexico geographico, item geographus Mentelle (d), non secus ac Lastrade S. Bertrandi encomiastes, et demum, ut alios mittam, Hadrianus Valesius, quem audire lubet: Scaliger, ait ad vocabulum Convenas, et Massonus scribunt, ex Lugduni Convenarum ruinis... oppidum S. Bertrandi in valle Capraria esse constructum; at contra Arnaldus Oihenartus, cui utpote Vasconi de Vasconia libentius crediderim, civitatem S. Bertrandi in eo nunc esse colle scribit, in quo olim Lugdunum Convenarum. Quam sententiam gravissimis argumentis confirmat Notitiz utriusque Vasconiz (e) auctor hoc modo: Nec opinione fallitur vir doctus (Sirmundus in notis ad Sidonium Apollinarem) dum Lugduni situm in eo colle fuisse sibi persuadet, in quo nunc constituta est civitas S. Bertrandi, illud enim verum esse arguunt pleraque rudera, et murorum antiquæ structuræ fundamenta, quæ in subjectis colli campis hodie videntur, et multo majoris, quam quæ nunc angu-

(a) Gall. Christ., t. I, col. 1090. — (b) Hist. du Dauphiné, lib. II, p. 96. — (c) T. V, p. 222. — (d) Dictionnaire de Géographie ancienne v. Comminges. — (e) P. 517. — (f) Col.

stum summi collis spatium occupat, civitatis vestigia ostendunt: veteres item lapidum inscriptiones ibi passim obvix, e quibus hic pauculas exhibere libet, etc. Hæc Oihenartus: quod testimonium conjunctum cum argumento, ex nomine Lugduno petito, licet sententiam, quæ nobis præplacet, fere evincat, pauca tamen explicanda supersunt et aliunde confirmanda.

57 Opinionum diversitas circa pristinum Convenarum situm mihi orta videtur ex eo, quod qualis a S. Gregorio Turonensi (f) describitur, major censenda est, quam ut in colle, ubi præsens S. Bertrandi Fanum conspicitur, existitisse queat. Verum e duabus partibus constabat civitas: altera, quæ in colle sita et validissime munita erat; altera, quæ in subjectis vallibus assurgebat. Latus erat hujus ambitus; et ipsa pars munita multo vastior fuit, quam præsens civitas. Nihil ex penu nostra proferamus: primo ergo probandum est alteram urbis partem munitam, alteramque intutam et apertam fuisse. Turonensis itaque apud Ruinartium (g) producit Gundovaldum alloquentem Convenenses his verbis: Sed quoniam frater meus Gunthramnus rex immensum adversus me movet exercitum, oportet vos alimenta atque cunctam suppellectilem infra murorum munitionem concludere, ut scilicet, dum nobis illa pietas divina arguet solatium, non pereatis inopia. Hæc illis credentibus, quæcumque habere potuerunt collocantes in urbe præparabant se ad resistendum... Igitur commorante eo apud urbem Convenas, locutus est incolis, dicens: Ecce jam exercitus adpropinquat, egredimini ad resistendum. Quibus egredientibus, hi occupantes portas atque claudentes, excluso foris populo, cum episcopo loci (Rufino), cuncta quæ in urbe invenire potuerant, suis ditionibus subdiderunt. Tantaque ibi multitudo annonæ atque vini reperta est, ut si viriliter stetitissent, per multorum annorum spatia victus alimentis non egerent. Quid, quæso, hæc Gundovaldi insidiæ valuisse, nisi ex duplici parte constitisset civitas? Quomodo quippe infra murorum munitionem suppellectilem atque alimenta concludere potuissent Convenenses, nisi pars civitatis munita, altera non munita fuisset?

58 Montem vero munitum fuisse secundo ostendendum est loco: en ut eum describit S. Gregorius apud Ruinartium (h): Gundovaldus... Garonnam cum... ducibus... transivit, Convenas petentes. Est enim urbs in cacumine montis sita, nullique monti contigua. Fons magnus, ad radicem montis erumpens, circumdatus turre tutissima: ad quem per cuniculum descendentes ex urbe latenter latentes hauriunt. Mitto quæ eadem de re monachus Floriacensis Aimoinus in Gestis Francorum et Chronicon S. Dionysii hac de re conferunt, quandoquidem evidenter S. Gregorii scriptis usi sunt. Lastrade, cujus testimonio confidendum est, cum de his quæ manibus tractaverat, et oculis viderat, sermonem instituit, de præsentibus Convenis ait (i): Est mons cui nullus alius mons contiguus est; vocari posset potius monticulus, si comparetur cum Pyrenæis, ad quorum radices situs est. Erumpentem vero fontem cernere est in imagine, quam cum aliis documentis nobis submitit R. P. Carolus Tinsseu societatis nostræ, quamque utut imperfectam hic imitandam curavimus. Teste insuper eodem S. Gregorio, a parte orientis vallis profunda erat: narrans enim tentamina, die decima sexta obsidionis facta, hæc habet (k): Mane autem facto, exercitus iterum ad bella consurgit, ac ex virgibus fascies

sed ex descriptione S. Gregorii Turonensis, partem non munitam et imprimis


partem munitam seu montem delineantis, collata cum his quæ F

359. Edit. Ruinart; et D. Bouquet, t. II, p. 306. — (g) Col. 360. — (h) Col. 359. — (i) Relation de la translation, etc., p. 116. — (k) Col. 364.

faciunt







Imp. Brœt. Georges Hurtrel, II. Place St. André des Arts. Paris.

Paris. V. P. L. L.

A faciunt, quasi ad complendam vallem, quæ a parte orientis sita erat. Cum ecclesiarum absides olim ad orientem fere semper verterentur, dubium mihi fere non est, quin hæc vallis præcipitium sit, de quo Vitalis num. 8 sermocinatur, et juxta quod deinceps S. Bertrandus ædificavit suum claustrum, quod absidem circumdabat, ut in memorata imagine conspici licet. Monet præterea S. Gregorius (a) totam urbem, id est, partem munitam, valle profundiori esse circumdatam; idemque testatur Lastrade (b). Sed præcipitia non ubique æque propinqua fuisse annotat Turonensis, scribens: Cumque A PORTA SE ELONGASSENT (Gundovaldus scilicet et qui eum proditori erant), sicut est circa urbem vallis tota in præcipitium, impulsus ab Ollone necidit; in allata vero imagine idem obtinere nemo non viderit.

de præsentibus Conventis traduntur, sententia affirmans stabilitur.

B 59 Lancelot socius Academæ inscriptionum et bonarum litterarum Parisiensis, anno 1719 investigavit Veterum Convenarum antiquitates: sententiam similem sententiæ Oihenarti emisit. Veteribus scilicet Convenis includendam censet vallem Caprariam (Valcabrière), qui vicus Garumnam versus colli seu oppido S. Bertrandi subjacet. Etiam propinquior est ecclesia S. Justi, tota e ruderibus sculptisque lapidibus constructa (c). Teste eodem Lancelot, præsens S. Bertrandi templum in cacumine montis (sur la croupe de la montagne) ædificata est. In imagine oppidi hic adjecta juxta ecclesiam consurgit altior mons; unde Lancelotii dicta intelligenda videntur non secus ac si ille mons plura haberet satis disita juga, quorum unum superædificatum gestaret templum. Cum hoc oppidum invisit Lancelotius, cathedrali templo, capitulo et duodecim circiter rusticanis domibus tildu constabat: accrevit exinde nonnihil, cum La Martinière anno 1768 sexcentos, et recentiores geographi plures quam septingentos incolas ei assignent. Veruntamen multum abest, quin Bailletus verum professus sit, cum dixerit in Vita S. Bertrandi, tot civibus montem Convenensem actum fuisse, ut jam ejus tempore civitas esset inter amplissimas et pulcherrimas Vasconia.

Ecclesia Convenensis, tempore Guntramni cum reliqua civitate destructa,

C 60 Non est quod vestigia relegam, et bellum exponam, quod anno 584 inter Gundoaldum et Guntramnum exarsit, et Convenarum excidii causa fuit. Gregorius Turonensis libro VII historiarum Francorum late de eo egit: præter quem Fredegarius Scholasticus in suo Chronico et in Historiarum Francorum epitome, Aimoinus monachus Floriacensis in gestis Francorum, Chronicon S. Dionysii, et recentiores historici, plerumque Gregorii dicta contrahentes, consuli possunt. Ad alteram itaque quæstionem digredior, quæ in eo versatur, sitne constructa Convenensis ecclesia a S. Bertrando. Hic iterum inter scriptores variæ sunt sententiæ; veruntamen apud omnes in confesso esse debet tempore dicti belli omnia Convenis sus deque versa fuisse. S. Gregorius enim ita hac super re disserit (d): Nocte vero sequenti (proditionem et necem Gundoaldi), ii, qui primi (alibi missi legitur) erant, omnes thesauros quos in urbe reperire potuerunt, cum ministeriis ecclesiæ clam abstulerunt. Mane vero reseratis portarum valvis, immisso exercitu, omne vulgus inclusum in ore gladii tradiderunt, sacerdotes quoque Domini cum ministris ad ipsa ecclesiarum altaria trucidantes. Postquam autem cunctos interfecerunt, ut non remaneret mingens ad parietem, omnem urbem cum ecclesiis reliquisque ædificiis succenderunt, nihil ibi præter humum vacuum relinquentes. Jam antea Bladastes... me-

D tuens ne Leudegisilus (dux scilicet exercitus Guntramni obsidentis) obtenta victoria eos morti traderet, imposito igne in ecclesiæ domo (domo episcopi et clericorum), concurrentibus ad incendium mitigandum inclusis, ille fuga dilapsus abscessit. En paucis quo pacto ecclesiæ et episcopales aedes absumptæ fuerint.

61 Licet minime obscurum sit hoc S. Gregorii testimonium, reclamat tamen Lastrade, qui, ut loquitur, se non injuriam gloriæ Clodovæi I illaturum esse arbitratur, cum præsentem ecclesiam ad Romanorum, idolis inservientium, tempora referet; et reapse descriptio, quam de ea edidit, unumquemque impelleret ad eam ordini Corinthio assignandam, licet ordinis Gothici sit, ut passim loquimur: adeo fallax est ejus descriptio, et indicata antiquitas prorsus erronea. Cum autem Adrianus Valesius (e), Beauvier (f), Dionysius Sammarthanus (g), Richard et Giraud (h), asserunt Convenas jacuisse annos amplius dxx, sic ut episcopi Ecclesiæ Convenicæ aliam sedem habere cogentur, clare innuunt ecclesiam non exstitisse in monte usque ad tempora S. Bertrandi. Atque hæc quidem amplectenda videtur sententia; ait Vitalis, ut vidimus: Dedit igitur vehementius operam ut ecclesia in altum consurgeret et decoravit cum illa ornamentorum venustate, quam exigit sibi in usus ecclesiæ, quia diligebat decorem domus Dei et locum habitationis gloriæ ejus. Quæ verba: Ut ecclesia in altum consurgeret, indicare videntur, ab eo in altum eductum fuisse templum jam pridem dirutum, cujus inferiores parietes forsitan supererant. Cæterum, ut scripsit ad nos laudatus P. Tisseau, communis opinio nunc est, sæculo XII hanc ecclesiam fuisse ædificatam, et secundum artis peritos structuræ genus ad hoc quidem spectare tempus; ab aliis vero contenditur eam multo antiquiorem esse; videri vero utriusque sententiæ aliquid non absoni a veritate inesse: æris campani turrim ecclesia vetustiore videri; architectonicam artem in utroque non esse eandem, quandoquidem fenestræ turris formam a circulo (en plein ceintre), ecclesiæ vero fenestræ et cameræ formam suam a decussatis arcibus (ogive) mutantur. Unde diceret præsentem turrim, quæ ejusdem structuræ est ac claustrum, cujus imaginem exhibemus et quod certo a S. Bertrando secundum Vitalis testimonium num. 8 ædificatum est, ad tempora hujus Sancti pertinere; reliquam vero ædem sacram non perfectum fuisse ab eodem præsumere; quod cæterum aliunde constat. Dum autem huic labori instaret S. Bertrandus, videtur sacra sua munia obisse in templo S. Justi, quod monti etiamnum omnino adjacet. Nam, licet plerique scriptores, Adriani Valesii dicta sibi applicantes, confiteantur se nescire, ubi locorum Convenenses episcopi ante exiens sæculum XI sederint, ex Vitali tamen satis manifestum est hanc sedem fuisse in ambitu veterum Convenarum. Ait enim biographus ille: Convenarum cathedralis ecclesia suo viduata pastore sollicite quærebat rectorem... Ducunt electum ad civitatem Convenarum... more solemnium in cathedrali ecclesia intronizantes... Cum vir sanctus (Auscii, ubi consecratus fuerat,) ad suæ civitatis ecclesiam redisset, divinum ibidem celebraturus mysterium, factus est de more venientium ingens concursus... Hanc nimirum ecclesiam elementissimus rex Francorum... ejecta prophanæ gentis spurcicia, insignibus decoravit regalibus cum monte et suburbio, et... illud... adjecit, ut qui

D

E

F

(a) Col. 366. — (b) Relation de la translation, etc., p. 116. — (c) Hist. de l'Académie des inscript. et belles-lettres, t. III, p. 437 et seqq.; et t. IV, p. 393 et seqq. — (d) Col. 366.

Edit. Ruinart. — (e) Notit. Gall., p. 158, col. 2. — (f) Rec. des archevêchés, etc., t. I, p. 90. — (g) Gall. Christ., t. I, col. 1089. — (h) Biblioth. sacrée, t. XXVIII, p. 255. Edit. 1828.

præ-

A prædictam regeret ecclesiam... comes existeret... Cum autem ecclesia S. Justi partem veterum Convenarum occuparet, et cum præterea apud Vitalem num. 12 legimus: Quadam igitur Dominica die ingressus est vir Dei prædictam ecclesiam (S. Justi) celebraturus ibidem Missarum solemniam; satis apte statui posse videtur, illic episcopos Convenenses suam habuisse cathedram, atque ibi munia sacra sua adimplere nostrum Sanctum, dum reedificandæ in monte ecclesiæ vacaret. (Confer præterea Vitalem num. 22.) Verum abest multum, ut ultimam ei manum admoverit.

sed deinde sæculo XIV perfecta.

62 Etenim eam sæculo XIV ineunte perfectam aut consummatam fuisse, lapis sepulchralis testis est. Hugo videlicet de Castellione, qui anno 1335 episcopatum adeptus est, et v nonas Octobris anni 1352 obiit, in ecclesia Convenensi splendidum e candido marmore mausoleum habet, cum hoc epitaphio parieti vicini inhaerente (a): Anno Domini 1352 die IV mensis Octobris, obiit reverendus pater dominus Hugo de Castellione Dei gratia episcopus Convenarum, qui hanc capellam construxit et præsentem cathedralem ecclesiam consummavit. Cujus anima requiescat in pace. Præterea de ecclesiæ structura notandum superest tum ex annotatis R. D. Féral, secretarii illustrissimi archiepiscopi Tolosani, tum ex libello Lastrade mirabilem esse hanc ecclesiam ob prodigiosam camerarum seu fornicum altitudinem, quas nullæ columnæ sustentant; quin etiam cum ex geographicis libris innotescat marmor in Convenensi tractu commune esse, facilius fidem sibi demeretur Lastrade, cum narrat totam hanc sacram ædem e marmore albo constructam esse; et demum e dictis Tolosanis annotatis et e Beauvier (b) intelligimus, sedilia chori, a Joanne de Malo-Leone, qui ab anno 1523 usque ad annum 1551 Convenarum sedem occupavit, quam perfectissime sculpenda curata (c), advenis admirationi esse; ea quoque partim delineata reperimus in collectione quadam imaginum præcipuorum monumentorum Galliarum. Quæ vero pia monumenta S. Bertrando sacra sunt, inferius enarrabuntur. Sed propius ad Sancti nostri gesta redeamus.

In sua ecclesia instituit S. Bertrandus canonicos regulares

63 In primis, teste Vitali, circa ecclesiam claustrum construxit, quantum permisit loci illius angustia, impediendo præcipitio rupium. Hujus claustrum dispositionem ex oppidi delineatione conjicere licet; peristylum vero, quale superest, ex apposita hoc loco orthographia cognoscitur. Absque dubio hoc claustrum pertinebat ad ædes, destinatas canonicis regularibus, quos in ecclesiam suam introduxit, ut Vitalis num. 8 iterum testis est: Ibidemque religionis amator, canonicos instituit, qui sub regula S. Augustini ecclesiasticis manciparentur obsequiis. Poterat autem eo facilius S. Augustini regulam clericos suos edocere, quo ipse fidelius eam adimpleret in ecclesia S. Stephani Tolosani: leges enim, quæ num. 49 ex Isarni privilegio relatæ fuere, mere pertinent ad S. Augustini regulam, et in tribus S. Augustino attributis regulis facile reperiri possunt (d). Excipias tamen oportet, quod de communi dormitorio præscribit Isarnus, et de quo nihil mihi obviat in dictis regulis; at noti sunt hac super re plures mediæ ævi ecclesiastici canones; similiter innotescit communis dormitorii præceptum sæculo XI exeunte inductum fuisse in omnia canonicorum cœnobio, ubi id temporis regularis disciplina reviviscere cepit: vide hac super re regulam canonicorum de

(a) Cfr Gall. Christ., t. I, col. 1101 et seq. — (b) Recueil des archevêchés, t. I, p. 91. — (c) Gall. Christ., t. I, col. 1105. — (d) Holstenius, Codex regular., t. II, p. 120 et seqq. Edit. alter. — (e) Ibid., t. II, p. 134. — (f) Labbe Conc. t. IX, col. 1176. — (g) Ughelli Ital. Sacra, t. I, p. 966. — (h) P. 350. — (i) Holstenius Cod. Regul., t. II, p. 98. — (k) De

Monteforti (e); statutum Alexandri II in synodo Romana anni 1063 promulgatum (f); Vitam B. Berardi, Marsicani episcopi (g); opus Lelarge de Ordine canonicorum Regularium (h); et obvias fere horum temporum leges: cæterum ipse S. Chrodogangus integrum caput de ea re jam pridem pro clericis scripserat (i).

64 De tempore vero, quo S. Bertrandus clericos suos ad ordinem canonicum transtulit, nihil certi mihi reperire licuit: Lelarge (k) refert hanc reformationem ad annum circiter 1104. Sed aliam jaccere videtur, nullam rationem hujusmodi chronologia præferens. Equidem libenter decem annos adderem computo Lelarge; Vitalis enim num. 10 de Gulielmo, Auxitano præsule, scribit eum in prima ætate nutritum fuisse apud S. Bertrandum, qui eundem fecit applicari studio litterarum, et canonicavit eum in ecclesia S. Stephani: jam vero neminem asserturum esse confido, S. Bertrandum magis consuluisse S. Stephani canonicis, quam suis, aut nepotes suos crediturum fuisse alienæ ecclesiæ canonicis, cum ipse non ita pridem in sua ecclesia constituisset collegium canonicorum: unde verisimile fit canonicos Convenenses institutos fuisse, postquam Gulielmus ille, prima ætate apud S. Bertrandum transacta, et bonarum litterarum absoluto curriculo, canonicis Tolosanis jam esset annumeratus, id est, cum annum vigesimum circiter ætatis attigisset. Porro Vitalis tradit eum conceptum fuisse ante mortem Gulielmi I, qui secundum necrologium S. Severi in capite Vasconiarum xv kalendas Maii anni 1096 depositus fuit (l). At scilicet Gulielmum III a Gulielmo I nomen accepisse, nondum tamen in præsentem lucem effusum, sed clausum in utero matris. Fieri tamen nequit, ut multo ocius quam anno 1096 natus sit, quandoquidem ex Gallia Christiana (m) innotescit Gulielmum III anno 1170 tantum obiisse, atque hoc etiam tempore seu potius paulo ante parem fuisse itineribus negotiisque suscipiendis: quocirca ætas 74 annorum non multum augetur. Præterea, nisi id caveretur, senem eum fere faceremus, cum anno circiter 1145 ad episcopale munus accessit: quare statuendum videtur canonicum ordinem circa annum 1114 in ecclesiam Convenensem introductum fuisse.

circa annum forte 1114;

65 Apud hos canonicos paulatim refriguisse fervorem ex sequentibus Lastrade verbis (n), latine a me factis, colligere est: Benedictus XII anno 1340 canonicis Convenensibus sua præscripsit statuta; quæ cum severiora et difficiliora servatu invenirentur, ad Clementem VI, Benedicti successorem, recursum est, ut ea reformaret. Quam ob causam misit ille Bertrandum, episcopum Lombariensem qui cum a mandatis adimplendis impediretur, quod cum eodem D. Papa Avenione negotiis detinebatur, sibi substituit præpositum Lombariensem et decanum ecclesiæ collegiatæ Insulæ-Jordanis, qui Convenense capitulum visitarent, et expositæ rei veritatem inquirerent. Porro secundum eorum relationem statutorum facta est mitigatio; quam quidam laxiorem æstimaverunt, quam reapse est. Hanc mitigationem, quoniam Bertrandus anno 1348 Lombariensis episcopus factus est (o), et Clemens VI anno 1352 obiit (p), inter annum 1348 et 1352 concludere oportet. Capitulum illud, quod sat dives fuisse videtur, jam pridem ante superioris sæculi impios tumultus sæcularizatum fuisse scribit ad nos laudatus R. D. Féral;

hujus collegii canonicorum sumpta.

F

Ordine Canonic. Regular., p. 368. — (l) Gall. Christ., t. I, col. 981 et seq. — (m) Ibid., col. 986 et seq. — (n) Relation de la translation d'une relique, etc., p. 172. — (o) Gall. Christ., t. XIII, col. 323. — (p) Baluze Vit. PP. Avenionens., t. I, in plurib. Vit. Clementis VI.

et

A et quidem vi concordatus anni 1801 suppressus est ipse Convenensis episcopatus; adeo ut Antonius Eustachius d'Osmond, anno 1785 die 1 Maii sacratum, seriem hujus sedis pontificum clausit, anno 1801 pontificia bulla ad suae sedis nuntium remittendum invitatus (a). Miror multum non tantum quod Elsius in suo *Encomiastico Augustiniano et Herrera* in suo *Alphabeto S. Bertrandi* non meminit, sed etiam quod Penottius in sua *Canonicorum Regularium Historia* ne verbum quidem de Convenensi capitulo fecerit.

§ V. Diplomata quibus subscripsit S. Bertrandus; concilia, quibus interfuit; consecratio cœmeterii Ausciensis et ecclesiae parthenonis S. Orientii. Mors S. Bertrandi.

B

Interfuit S. Bertrandus concilio Burdigalensi anno 1093;

A libi jam aliquot signavimus instrumenta, quibus subscripsit S. Bertrandus: superest, ut ordine fere temporis alia nonnulla recenseamus, quibus nomen suum apposuit, eique recensione inseramus aliquot concilia, quae praesentia sua honestavit. Imprimis anno 1093 interfuit concilio Burdigalensi, in quo S. Caprasii canobium monachis Floriacensibus fuit restitutum: ceterum id unum notabile est leges inter subscribendum satis bene servatas fuisse (b), Archiepiscopi videlicet Burdigalensis et Ausciensis primi sua signa apponunt; veniunt dein Agennensis, Petragoricensis et Engolismensis ad provinciam Burdigalensem pertinentes; sequuntur vero Bigorrensis, Convenensis, Adurensis, Vasatensis et Aquensis metropolitano Ausciensi subjecti; unde cum episcopus Bigorrensis aut Tarbensis, Odo nomine, anno 1080 episcopatum nactus sit, ex his subscriptionibus denuo deduci potest S. Bertrandum post Bigorrensem praesulem sacram fuisse: debilius tamen fit hoc argumentum ex eo quod Vasatensis episcopus in egraphis suo loco non est (c). Signum vero S. Bertrandi inter testes et visores privilegii his conceptum est verbis: Signum Bertrandi Convenensis episcopi.

C

et anno 1100 interfuit concilio Pictavensi,

67 Alii conventui multo celebriori, concilio nempe Pictavensi anni 1100, interfuit S. Bertrandus. Id videlicet novimus ex Cartulario Ms. Ausciensi, ex quo plura edidit D. de Brugelles in *Chronicis ecclesiasticis Ausciensibus*, et D. Brial Collectioni historicorum Galliae (d) nonnulla inseruit. Agitata scilicet ibi fuerunt plura negotia, quae omnia fere in *Collectione conciliorum Labbei* (e) ex scriptoribus plerisque coavis declarantur; ex eis duo tantum nos seligimus: quoniam de priore, quod ad cœmeterium Ausciense spectat, in memorata *Collectione* siletur, et eidem postmodum denuo implicitus fuit S. Bertrandus; et quoniam posterius nonnullam ansam dedit eidem Sancto pro Christo ejusque lege patiendi. Porro integrum fere saeculum inter canonicos Auscienses et monachos Auscienses S. Orientii de cœmeterio quodam ligata est, in qua demum jacuere Sant-Orientiani. Porro cum de hac re jam dictum fuisset Tolosæ anno 1096 coram D. Papa Urbano II, ibidem versante, et tribus fere annis

post in concilio Romano, nondum disceptationi finis impositus erat.

D

68 Quamobrem in concilio Pictavensi, cum de eadem re habita esset querela ad aures Johannis et Benedicti Cardinalium, qui tunc apostolica vice et legatione eidem concilio praerant, hoc iudicium ab eis ita promulgatum est: " Quod iudicatum est a domino nostro beatæ memoriæ U. (Urbano) Papa de cimiterio Burdegalensi, idem et nos de universis matricibus ecclesiis iudicamus, quia non invenimus in aliquibus decretis, vel in quibusdam canonibus, ut matricibus ecclesiae careant sepultura, unde procedunt ordines et baptisma et cætera talia. Ecclesia vero quæ recipit vivos, recipiat et mortuos. Itemque adjectum: " Privilegia facta contra iustitiam et contra universale iudicium domini nostri U. Papæ, falsa esse iudicamus; iudicium universali domini nostri Papæ de matricibus ecclesiis, nominatim de Ausciensi sede, confirmamus et corroboramus. " Laudatis omnes? Universi in concilio residentes dixerunt: Laudamus. Facta confirmatio ista Ausciensis cimiterii in concilio Pictavensi a Johanne et Benedicto cardinalibus, legatis Romanæ et Apostolicæ sedis, feria vi, quinto die concilii (xxiii Novembris anni 1100) assensu et affirmatione totius conventus, in praesentia domni R. (Raimundi) Ausciensis archiepiscopi, et (Radulfi) Turonensis archiepiscopi, (Philippi) Tricassini episcopi, (Lamberti) Atrebatensis episcopi, (Morvanni) Venetensis episcopi, (Petri) Lactorensis episcopi, (Bernardi) Laburdensis episcopi (Bertrandi) Convenarum episcopi, Engelrandi Laudunensis episcopi, Marbaudi Redonensis episcopi, Ivonis Carnotensis episcopi, et aliorum multorum tam Wascconum quam Galliae abbatum et episcoporum. Qui vero reliqui hi abbates atque episcopi sint, non omnino innotescit: quin etiam de numero varia sententia est, quandoquidem Hugo Flaviniacensis abbas in *Chronico Viridunensi* (f) in ecclesia Sancti Petri Pictavensi die octavarum Sancti Martini LXXX tantum episcopos et abbates et XXXV canonicos congregatos fuisse scribit, et Gaufridus Grossus, scriptor Vitæ S. Bernardi, abbatis Tyronensis (g), centum quadraginta patres huic concilio interfuisse testatur: quæ varietas orta videtur ex eo, quod Hugo concilii initium, Gaufridus ejusdem finem intendit.

E

69 Sed præcipuus concilii scopus erat adulterum Philippum I, regem Galliae, inducere ad non retinendam Bertradam. Secundum appendicem itaque Vitæ S. Hilarii (h) reliquis ecclesiasticis causis rite peractis, ad ultimum pro prædicto capitulo anathematis sententiam in regem pervulgare intendebant cardinales legati. Tum Gulielmus, comes Pictavorum, quem rex nunciis suis convenerat, supervenit in templum et congregatis patribus severas intentavit minas. Omnibus itaque aliis, pergit dicta appendix, ob dictum comitis (Gulielmi) exterritis, cum episcopis et abbatibus de proprietate regis de consensu concilii præ timore egressis, dominus Joannes legatus solus mansit interritus; immo constantior et animosior factus, exclamavit et dixit: " Audite me, fratres:.... Paveant... et fugiant ad adventum lupi mercenarii, maneat hic nobiscum qui sunt pastores boni et veri.... " Collum dein comiti percutiendum extendit: qua viri constantia comes experta, concilium ocius exit, ne regem audiret excommunicari. Quo egresso

F

eisque constantier adhaesi, cum neglectis mnis comitis Pictavensis, excommunicarunt adulterum regem Galliae

(a) Biblioth. Sacrae, t. XXVIII, p. 258. Edit. anni 1827. — (b) Cfr. Cantellium S. J., *Hist. urb. metropol.*, t. I, p. 128. — (c) Cfr. de hoc concilio Mansi suppl. *Concil. Labbei* t. II col. 125; et *Mabilionium Annal. Ord. S. Bened.*, t. V, p. 236 et 236 et instrum., p. 617. Edit. Luc. — (d) *Rec. des*

*hist. de France*, t. XIV, p. 321. — (e) T. X, col. 720 et seqq. — (f) *Ibid.*, t. XIII, p. 624. — (g) *Ibid.*, t. XIV, p. 169; et in *Opere nostro* ad xiv April., p. 233. — (h) *Rec. des hist. de France*, t. XIV, p. 168 et seqq.

duce

A duce, Joannes sermonem continuavit, *visionem S. Hilarii, se et reliquos ad fortudinem exhortantis, commemorans*. Ad hæc verba omnes qui aderant exhilarati, et, timore sublato, de promissione B. Hilarii securiores sunt effecti.... *Tum Joannes cardinalis, allatis luminaribus et omnibus in regem erectis, donec satisfaceret, anathematis sententiam promulgavit, calculum suum afferentibus patribus qui remanserant, ut luculente e Gaufrido Grosso (a) et Hugone Flaviniacensi (b) habemus. Atque hic nihil est quod in S. Bertrandi dedecus vertatur; effugerunt scilicet ii tantum, qui de proprietate regis erant, seu immediate ei subjecti; quos inter numerari nequit Sanctus noster, utpote Convenensis: atque adeo iis accensendus est, qui manentes cum legatis bonos et veros se probarunt pastores.*

et furentis  
populi comi-  
tisque manus  
vix effuge-  
runt.

70 Verum quam primum populus intellexit excommunicatum fuisse regem, vehementi ira commotus est, ingentemque tumultum excitavit; adeo ut, cum jam laus Christi, ut loquitur Hugo Flaviniacensis (c), in ore eorum qui astabant pro dimissione concilii, ut moris est, resonaret.... quidam e populo, in superioribus existens ecclesie, lapidem jecerit, cardinales ferire volens; cujus ictu clericus quidam capite illiso prosternitur. *Hinc nova apud præsules conturbatio, et novus apud populum furor. Sanguine manant pavimenta, clamore confuso domus impletur, furore et insania intus et extra ministri satanæ debacchantur. Mament columnæ Christi immobiles, mortem, si Dominus jubeat, intrepidi opperientes; et ad saxa volantia mitris ablati, capita nuda retegentes; nec aliquando a laude Dei et prædicatione veritatis reticentes: quod voce persecuti erant, sanguine confirmare, si sit necesse, gestientes. Quorum constantia devota et devotione constantissima furentium facta est repressio et ad pœnitentiam cordium inclinatio. Hæc Hugo Flaviniacensis, testis oculatus, qui ipse negotium habebat in hoc concilio discutiendum. Verum dum Flaviniacensis chronographus episcopos a sua constantia laudat, ob ignaviam suam eos vituperat Gaufridus Grossus, adeo ut scribat (d) solos Bernardum Tiromiensem et Robertum Arbressellensem, aliis turpiter diffugiens, ita immobiles constantesque perstitisse, ut nec ab incepto excommunicationis desisterent, sed pro Christo mortem vel contumeliam pati gloriosissimum ducerent. Sed Gaufridi testimonium parvi faciendum est in hujus concilii historia, quoniam gestorum in ea seriem valde male edoctus fuisse videtur, adeo ut in omnibus fere adjunctis, tum magnis tum parvis, a reliquis historicis dissentiat. Neque est quod quis objiciat cardinales tantum ab Hugone Flaviniacensi tamquam Christi columnas exhiberi; nam clare e contextu patet eo nomine venire omnes episcopos, qui remanserant et cum legatis Philippum excommunicationis vinculo innodant. Sedata populi commotione, vitæ quidem, sed non omne libertatis discrimen evanuit. Comes enim Gulielmus, comperta regis excommunicatione, vehementer excitatus, ut laudata appendix testimonio est, portas urbis claudi, et exitus viarum, ne clam exirent, fecit exequari. Et rumor ubique, omnes qui interfuerant excommunicationi, captos depredatum iri. Qui pavidi ad legatum confluent, et quid agerent inquirent. At vero dominus Joannes confortabat omnes, dicens ne timerent, sed rei exitum secure expectarent. Dum hæc invicem*

C colloquuntur, venit nuncios qui portas urbis apertas et liberum omnibus exitum nunciaret. Quin et ipse comes compunctus corde venit, et prostratus in terram coram cardinalibus, culpam confitebatur et veniam postulabat; et de cætero se talia non commissurum cum juramento pollicetur. Porro domini legati.... impletis B. Hilarii promissis (*horum quoque meminit Chronicum Mallesense (e) optimæ notæ*) lætantes comiti pœnitentiam indicunt, et offensam illam dimitunt, et personas concilii cum gaudio ad propria remittunt: atque ita S. Bertrando, multa constantia gravissimis functus periculis, gregi suo redditus est. Cæterum si quis plura de universo hoc negotio cognoscere velit, ad commentarium de repudiata a rege Philippo Berta et superducta Bertrada Andegavensi, quem D. Brial Collectioni historicorum Gallie inseruit (f).

D 71 Neque hæc unica fuit occasio, in qua S. Bertrando episcopali opus fuit constantia; sed priusquam ad illam alteram calamitatem deveniamus, duo examinanda sunt instrumenta, quibus conficiendis adfuisse voluit Sanctum nostrum. Dionysius videlicet Sammarthanus in articulo de eo (g) meminit S. Bertrandum præsentem legi, quando anno 1105, mense Octobri, Garmundus dedit Lezatensi abbati Sequino ejusque monachis ecclesias S. Vincentii et S. Beati cum vinea. Verum hæc certo erronea sunt: imprimis anno 1105 Sequinus Lezatensis abbas non erat, sed ante annum 1102 vel vita functus erat, vel abbatiam reliquerat, quandoquidem hoc anno Gervaldus II abbatie regimen obtinebat (h), idque tenuit, ut videtur, usque ad annum 1105, quo Odo II ei successit (i). Præterea non ita facile capitur quomodo Garmundus Lezatensi abbati dare potuerit hæc ecclesias, quæ jam pridem penes ejus monasterium erant. In diplomate enim anni 1003 hæc reperimus (k): Ego Sulmus... cedo vel dono ipsam ecclesiam Sancti Beati (hinc prioratum Benedictinum et oppidulum factum (l)), quæ est fundata supra ripam Garumnæ, cum omni oblatione et suis appendiciis, in termino Bavartense, in comitatu Communiciensi et ecclesiam Sancti Vincentii quæ est super aliam ripam Gerumnæ, eum oblatione et suis appendiciis, totum ac integrum dono Domino Deo et Sancto Petro de Lezat.... Hugoni abbati, etc. Postea quidem laici iniquas manus immiserunt in has Lezatensium possessiones, adeo ut Garmundus ille, qui secundum Sammarthanum dedisset anno 1105 Lezatensi canobio ecclesias SS. Beati et Vincentii, conscripserit anno 1132 chartam restitutionis, cujus is tenor est (m): Ego Garmundus de Sancto Beato et filii mei facimus guirpitionem et solutionem de loco Sancti Beati, et cunctis rebus jure ecclesiastico ad ipsum pertinentibus, Deo et Sanctæ Mariæ, et Sancto Stephano et Sancto Beato. Facta est et firmata hæc solutio in manu Rogerii, Convenarum episcopi, die quo translata sunt corpora SS. Beati ac Privati et dedicatum est ab eodem episcopo altare Sancti Stephani. Anno MCCCXXXII, epacta I, concurrente v, luna XIX, die Dominica, VI kal. Julii. Neque hæc facile componi posse cum Sammarthani dictis nemo non dispiciet. Demum memoratum anni 1105 instrumentum incognitum fuit prosectoribus Gallie Christianæ, ut liquet ex catalogo abbatum monasterii Lezatensis (n), non secus ac historiographis Occitaniæ, Mabillonio in Annalibus sui Ordinis

S. Bertrando non videtur subscripsisse anno 1105 diplomati Lezatensi. E

F

(a) Rec. des hist. de France, t. XIV, p. 169. — (b) Labbe Conc. t. X, col. 721. — (c) Ibid., l. c. — (d) Rec. des hist. de France, t. XIV, p. 169. — (e) Labbe Concil., t. X, col. 723. — (f) Rec. des hist. de France, t. XVI; vide imprimis a p. lxxxvii ad p. lxxxvii. — (g) Gall. Christ., t. I, col.

1995. — (h) Ibid., t. XIII, col. 208. — (i) Ibid., loc. cit. — (k) Hist. du Languedoc, t. II, probat. col. 161. — (l) Ibid., t. II, p. 131. — (m) Ibid., t. II, probat. col. 470. — (n) Gall. Christ., t. XIII, col. 208 et seq.

A nis, et Brequigny in recensione diplomatum Gallia. Contra nihil habeo quod opponam his aliis Dionysii Sammarthani verbis (a) : Garsias, episcopus Lactoratensis, cum Bertrando, Convenarum pio antistite, memoratur in vetustissimo instrumento ecclesiae Tolosanae, tempore Arnaldi Raimundi, praepositi ecclesiae S. Stephani. Annus non annotatum; Arnaldus vero Raimundi praeposituram capituli seu S. Stephani gessit ab anno 1093 ad annum 1118.

Post multas Pontificum Romanorum sententias

72 Verum his de cetero Ausciensi, quam in concilio Pictavensi agitatam jam vidimus, denuo nos ad se vocat. Pictavis anno 1100 statutum fuerat, ut secundum jus commune ecclesia cathedralis Ausciensis cimiterium haberet, et privilegium contrarium Papae Urbani II, quod obtendebant monachi S. Orientii, rejectum fuerat tamquam supposititium; et quidem anno 1093 post concilium Romanum canonici Auscienses coram a Papa Urbano II in perpetuum Ecclesiae suae obtulerant sepulturam (b). Verum, interveniente S. Hugone Cluniacensi, cui Sant-Orientiani subditi erant, confirmavit Paschalis II anno 1105 privilegium concessum a Leone IX et Urbano II, statuitque (c) ut antiqua ipsius cimiterii constitutio nulla aemulorum quorumlibet infestatione turbetur... Proinde nec extra urbem nec intra Auxiensis archiepiscopo et ejus canonicis liceat novum cimiterium instituire; sed tam archiepiscopi quam regulares aut irregulares, clerici sive laici, de quibus consuetudo hactenus fuit, sepultura locum apud Sant-Orientianos futuris temporibus sortiantur. At nondum hinc nata est quies: anno enim 1118 litteras dedit Gelasius Papa II (d), ad Bernardum archiepiscopum Ausciensem, vetans ne de cetero monachos S. Orientii super cimiterii negotio inquietaret. Verumtamen anno sequenti Calixtus II, jus commune tenendum esse jubens, dedit Anicii (e) privilegium derogatorium, quo Bernardi Ausciensis archiepiscopi petitioni annuendum censuit, ut Ausciensi B. Mariae matrici ecclesiae... liberam concesserit in posterum sepulturam, et... decreti auctoritate statuit, ut mortuorum corpora libere deinceps apud eandem B. Mariae matricem sepelirentur ecclesiam.

B

73 Privilegio accepto (f), praesul Auscitanus Bernardus consecrationem cimiterii indixit, et ad eam convocavit fratres et coepiscopos suos G. (Gulielmum) Bigorritanum, B. (Bertrandum) Convenarum, J. (Jordanem) Coseraneum, W. (Wilhelmum) tunc Lactorensem. Cumque peragerent consecrationis solemnia, ecce monachi S. Orientii, deposito habitu monachali, sumpto autem militari, non parva militum ac pedum manu collecta, derepente irruerunt, et ex improviso civitatem invadunt; domos ecclesiae vicinas non satis pacifice ingredients, tam vilia quam pretiosa violenter diripiunt, quidquid mobile reperiri potest voraciter tollunt. Demum ad ipsam venerabilem ecclesiam unanimiter conflunt et corruunt, invadere, violare ac incendere, potius quam venerari cupientes, sed et, ut ipsius rei exitus evidenter edocuit, sanguinem consecrantium ardentissime sitientes, et avidissime cohibere \* gestientes. Et reapse ecclesiae incendium tum tentatum fuisse, episcopum Bigorritanum sacris operantem sagittis fuisse petatum, et armigerum quemdam miraculo tantum a nece servatum fuisse narratur: sed nec ista nec alia quam plurima a monachis

anno 1119 consecratur cimiterium Ausciense; in qua solemnitate S. Bertrandus male habetur;

\* combibere?

nimis crudeliter illata gravamina impedire poterunt, quin debito consummationis fine clauderetur consecratio cimiterii et altaris B. Joannis-Baptistae et B. Joannis evangelistae.

74 Privilegium suum dederat Calixtus medio circiter mense Aprili, cum id temporis Anicii (g) esset. Exeunte vero mense Junio obtinuerit oportet relata cimiterii consecratio: sic enim pergit anonymus Ausciensis (h): Post aliquot autem dierum curricula, generale concilium convocavit et celebravit apud Tolosam dominus Papa Calixtus. Quod concilium die octava mensis Julii inchoatum et die sexta decima absolutum fuisse probat D. Vaissette (i). Huic concilio, in quo Aniciense privilegium confirmatum fuit, S. Bertrandum interfuisse verisimillimum est; Bertrandus Guidonis videlicet, citatus a Catello (k) et a Pagio (l), non secus ac praefatio conditorum canonum (m), testantur huic concilio adfuisse D. Papam Calixtum, cardinales, archiepiscopos, episcopos et abbates Provinciae, Gothiae, Gasconiae, Hispaniae et Citerioris Britanniae: inter quos tractus locum invenit Convenensis diocesis. Vide praeterea de hoc concilio historiographos Occitaniae (n). At tum nondum disceptationi Ausciensium finis imponi potuit; neque S. Bertrandus in ea componenda amplius apparet. Medio tantum saeculo XII finita fuit haec controversia, adhibito compromisso, quod cum reliquis videre est apud D. Brugelles (o) et in Collectione historicorum Galliae (p).

D

et verisimiliter interest concilio, quod VIII Julii Tolosae inchoatum fuit;

75 Ultimum negotium, cui implicatus fuit Sanctus Bertrandus, quodque certo tempore alligant scriptores, consecratio est ecclesiae S. Orientii. Verum investigandum est, quae sit haec ecclesia. Olim scilicet exstiterunt in Occitania et Gasconia plura monasteria, quibus S. Orientius, die 1 Maii cultus, patronus aut titularis erat. Paulo superius jam egimus de monasterio S. Orientii, quod ad portas Ausciarum erat; aliud exstabat in diocesi Tarbensi seu Bigorrensi, et a priore distinguebatur nomine S. Orientius de Regula: plura de eo Gallia Christiana (q) et Petrus de Marca in Historia Benevicensi (r) lectorem docebunt; atque hoc utrumque penes monachos erat. Tertium vero capiebat sanctimonialia et post annum 1098 exstructum fuit, ut liquet ex eo, quod hoc anno Emeriae de Albias, bonae feminae, quae crucem in spatula (scapula) dextra levaverat ad pergendum Jerosolymam, donata fuerit ecclesia S. Orientii, quae diu destructa inter vepres deserta remanserat, et consilium datum, ut domum in honore Dei ut ibi pauperes Christi reciperentur aedificaret; cuius rei gratia, ecclesiae alia munera adjecta sunt (s). Haec secundum Isarni consilia acta videntur: anno saltem 1140 exstabat monacharum coenobium cum S. Orientii titulo; quod unitum tum est cum parthenone, Veteri-Muro dicto, diocesis Albiensis, Ordinis S. Benedicti (t). Sed et situs illius coenobii inquirendus est. Porro anno 1157, mense Julio, in placito Morlanensi, Raymondus episcopus Tolosanus concessit circa capellam aliquod privilegium; unde liquet hoc coenobium in diocesi Tolosana fuisse; et Bernardus, Convenensis comes, dedit aliquot solidos Deo et S. Mariae et S. Orientii monacharum, et Caeciliae Vetulimuri abbatissae et Alazais monacharum priorissae... in manu Raymundi Tolosani episcopi, et Rogerii Conveniensis episcopi (u). Unde Vaissette (v) deducit parthenonem in finibus agri Convenensis fuisse. Quocirca, cum dubium moveri nequeat, quin

E

anno circiter 1122 cum episcopo Tolosano dedicat ecclesiam parthenonis S. Orientii.

76 v. — (m) Labbe Concil., t. X, col. 856 et seqq. — (n) Hist. du Languedoc, t. II, p. 383. — (o) Chroniq. d'Ausch. prob. part. 1, p. 35. — (p) Rec. des hist. de Fr., t. XIV, p. 323 et seq. — (q) T. I, col. 4256. — (r) Hist. du Beauj. passim. — (s) Hist. du Languedoc, t. II, probat. col. 349. — (t) Gall. Christ., t. I, col. 82. — (u) Hist. du Languedoc, t. II, probat. col. 565. — (v) Ibid., t. II, p. 292.

F

(a) Gall. Christ., t. I, col. 1075. — (b) Ex Cartular. Ausciensi, Rec. des hist. de France, t. XIV, p. 321. — (c) Ibid., p. 322. — (d) Ibid., t. c. — (e) Ibid., t. c. — (f) Ibid., p. 323. — (g) Martone, Amplissima collect., t. I, col. 651. — (h) Rec. des hist. de Fr., t. XIV, p. 323. — (i) Hist. du Languedoc, t. II, not. XLIX, p. 634 et seq. — (k) Comtes de Tolose, lib. II, cap. III. — (l) Critic. Baron. ad annum 1119,

A jam pridem ecclesie S. Orientii de Regula et S. Orientii Ausciensis consecrate essent, et earum consecrationi interfuisset vel Tarbensis vel Ausciensis presul, de ecclesia tertii canobii Sancti Orientii intelligenda certe sunt hæc Gallie Christiane de Amelio, episcopo Tolosano, verba (a) : Circa id tempus, scilicet annum 1122, cum Bertrando episcopo Convenensi dedicavit ecclesiam S. Orientii : cujus dedicationis instrumentum nusquam editum invenio ; verisimiliter quoniam hanc notitiam ex fragmentis historicis Mss. Claudii Estiennot excerpserunt Benedictini sodales (b).

et moritur ante annum 1152, quo Rogerius ejus successor interfuit translationi SS. Beati et Privati.

76 Atque hic annus 1122 prior terminus est spatii, in quo S. Bertrandi obitus claudendus est. Alter vero terminus repetendus est ex episcopatu Rogerii de Noerio, successoris S. Bertrandi. At varii vario anno hujus episcopatus initium affigunt : fratres Sammarthani in secunda Gallia Christiana, non secus ac Oihenartus ferunt Rogerium anno 1130 jam sedisse ; Dionysius Sammarthanus in Gallia Christiana tertia (c) testatur sibi non præluxisse instrumenta, quibus ejus episcopatus infra annum 1136 deprimitur ; ejus sodales autem (d) includunt tempus, quo sedit, inter annos 1136 et 1152. At certum est Rogerium jam episcopum fuisse die, ut vidimus, quo translata sunt corpora SS. Beati ac Privati, et dedicatum est ab eodem episcopo altare Sancti Stephani (in loco Sancti Beati), anno MCCCXXII, epacta I, concurrente V, luna XIX, VI kalendas Julii (e). Cum frustra in strictiora documenta inquisierim, neque ullam veterem traditionem apud Convenenses circa S. Bertrandi mortem existisse viderim, apud me vagari debet ejus annus emortualis intra dictum decennium. Ob grandævam tamen S. Bertrandi ætatem, et quoniam Vitalis, qui anno 1167 (vide num. 5 hujus Commentarii) jam maturus ætate erat, cognovit in sua pueritia miraculum, per merita demortui Sancti Bertrandi factum (vide Vitalem num. 29), impellor ad referendum nostri Sancti obitum ad priorem dicti decennii partem ; et propterea pede sufficienter firmo stare sentio, quæ num. 10 et sequentibus hujus Commentarii prævii secundum communem sententia statuta sunt.

Recensentur variae de ejus anno emortuali sententiae.

77 Caterum si cui nosse placuerit quæ scriptorum hac de re sententiæ sint, paucis jam explicantur. Catellus in Historia comitum Tolosanorum (f) S. Bertrandi funera ad Alexandri III pontificatum deprimit ; magis etiam a vero abluvit Claudius Robertus, primæ Gallie Christiane scriptor, toto fere sæculo aberrans (g) ; Oihenartus (h) et fratres Sammarthani in secunda Gallia Christiana (i) ejus obitus tempus inter annum 1120 et 1130 vagum relinquant ; Gallia autem Christiana nova (k) et secundum eam Butler (l) malunt annum circiter 1123 signare ; Bailletus in Vita Sanctorum (m) et ejus asseclæ Moreri in suo Dictionario ad vocem Bertrand, Lastrade in Vita S. Bertrandi (n) aliique indicant annum circiter 1126. Vaissette vero in Historia Occitanie (o) sub judice litem relinquere videtur. Quod et ipsi aliquo usque fecimus, cum ad frontem hujus Commentarii prævii annum circiter 1125 tamquam emortuale tempus S. Bertrandi signavimus.

(a) T. XIII, col. 15. — (b) Cfr eosdem, t. XIII, col. 91. — (c) Ibid., t. I, col. 1095. — (d) Ibid., t. XIII, col. 260. — (e) Hist. du Languedoc, t. II, probat. col. 470 ; et cfr supra num. 71. — (f) Comtes de Tolose, p. 108. — (g) P. 315. — (h) Nolit. Vascon., p. 527. — (i) T. II, p. 548. — (k) T. I, col. 1095. — (l) T. XIII, p. 292. Edit. Insulensis. — (m) T. VIII, p. 244. — (n) Relation de la translation, etc., p. 43.

## § VI. Sepultura, canonizatio, Reliquiarum elevatio S. Bertrandi.

De loco, in quo S. Bertrandus sepultus fuit, nihil tradit Vitalis. Num. 9 innuit S. Bertrandum in oratorio ante altare Beatæ Virginis Mariæ, in cujus honore fundata est cathedralis ecclesia exspirasse ; unde Bailletus deduxit eum in sua ecclesia ante altare Divæ Virginis sepultum fuisse : quod Dionysius Sammarthanus (p) absque dubio a Bailleto mutuatus est. Vaissette (q) et Butler (r) ab utroque idem didicerunt. Equidem, cum canonicum Convenensem, alias perpetuum Bailleti sequacem, hoc loco a Bailleto discedentem videam, id non absque congrua notitia ab eo admissum fuisse, facile mihi persuadeo : quamobrem negligenda non est narratio Lastrade, asserentis (s) beatum virum in oratorio suæ ecclesie, quod juxta oratorium Beatæ Virginis est, primum fuisse sepultum. Et quidem talis locus omnino favebat suspendendis ad tumulum S. Bertrandi catenis, quibus captivos plures per intercessionem hujus Sancti liberatos fuisse locuples testis est Vitalis. Quamdiu autem illic jacuerit non prorsus est certum ; verumtamen prudenter asseri potest ejus corpus ex terra levatum non fuisse ante annum 1309, ut inferius declarabitur.

79 Jam si quaeritur quandonam Sanctis aut Beatis adscriptus fuerit, in intricatissimam quæstionem inciditur. Bailletus id a Clemente V factum fuisse asserit ; Gallia Christiana (t) id ad tempora Gulielmi III Ausciensis presulis refert. Bailleto præviterat Proprium Sanctorum S. Genovesæ Parisiense anni 1665 ; et Propria ejusdem ecclesie anni 1758 et anni 1765, in aliis multis mutata, hanc sententiam servarunt. Contra Vaissette (u) et Butler Dionysio Sammarthana adstipulantur. Lastrade ex una parte, gravissimo argumento pressus ; ex altera, auctoritatem Bailleti, quem ut Ecclesie doctorem pene habet, nimium reverens, mediam init sententiam, et sex argumentis statuere tentat S. Bertrandum ab Alexandro III in concilio Montispeulani beatificatum fuisse et a Clemente V canonizatum ; at lector non desiderabit hæc argumenta, cum noverit primum esse auctoritatem martyrologi Saussayi ; et ultimum, translationem Reliquiarum, a summo Pontifice factam, canonizationem dicendam esse (v). Meliora argumenta inquiramus, totius rei gestæ ordinem, quantum fieri potest, exponentes.

80 Ex titulo, præfixo S. Bertrandi Vitæ in editione Martenii et egrapho P. Gisseji, novimus ejus auctorem Apostolicæ sedis notarium fuisse : quo munere licet a Gulielmo III, Ausciensi presule et apostolicæ sedis legato, vestiri potuerit, ut censet Hieronymus Faber (x), constat tamen eum hoc officio honestatum fuisse ab ipso summo Pontifice, quandoquidem in curia Romana officium suum exercuit (y). Porro vel pro hac sua dignitate, vel quoniam a suo archiepiscopo deputatus fuerat, sanctitatem et miracula S. Bertrandi tempore schismaticorum, quibus sacrosancta Romana ecclesia multarum turbine procellarum fluctuabat, significavit Alexandro summo Pontifici viro catholico in palatio Lateranensi, in præsentia venerabilium cardina-

D

S. Bertrandus sepultus in oratorio juxta chorum B. Mariæ in templo Convenensi,

E

fuitne canonizatus tempore Alexandri III, an tempore Clementis V ?

F

Canonizatus fuit non quidem ante annum 1167,

— (o) Hist. du Languedoc, t. II, p. 391. — (p) Gall. Christ., t. I, col. 1095. — (q) Hist. du Languedoc, t. II, p. 391. — (r) Vies des Saints. Edit. Insulensis. ad xv octobris. — (s) Relation de la translation d'une relique, etc., p. 43. — (t) T. I, col. 1095. — (u) Hist. du Languedoc, t. II, p. 391. — (v) Cfr Lastrade, p. 52 et seqq. — (x) De Prototonoteris, cap. I, n. 12. — (y) Vide Ibid., cap. xiii, n. 12.

lium



A lium (a) : quod præsenti tempore advocati consistorialis officium esse video apud Benedictum XIV in opere de canonizatione Sanctorum (b). Hæc autem sanctitatis et miraculorum significatio non facta fuit ante diem VII Septembris anni 1159, qua Alexander III Pontifex electus est, neque post annum 1170, quo Gulielmus Ausciensis III obiit, ut jam sæpe diximus ; sed ab hoc spatio reseccandi sunt primo tredecim dies, quos Romæ in medio tumultu non coronatus degit Alexander III ; dein tempus, quod usque ad secundum sui pontificatus annum extra Romam vixit ; quam in urbem reversus anno 1161, diutius ibidem propter schismaticorum seditionem quiete non potuit remanere ; neque tum ad eum sane venit Vitalis, quoniam præter paucas civitates, patrimonium B. Petri per Teutonicos et schismaticos tam violenter occupatum fuerat et detentum, ut ipse Alexander anni finem versus ad partes Galliæ cum fratribus suis per mare transitum faceret (c). Exinde Romæ versatus non est Alexander ante diem XXIII Novembris anni 1165 (d) ; anno vero 1167 mense Augusto illinc denuo aufugit (e), ante annum 1171 non reversurus (f).

B Ex quibus liquet, S. Bertrandi vitam et miracula Romæ explicari potuisse tantum inter XXIII Novembris anni 1165 et mensem Augustum anni 1167 : et quidem intra hoc spatium, ante diem XXVII mensis Aprilis anni 1167 concilium in palatio Lateranensi celebratum fuisse, adversus Baronium et Labbeum ostendit Pogius (g). Excommunicatus fuit in hoc concilio Fredericus imperator : quæ alia negotia in eo agitata fuerint, ob actorum deperditionem ignoratur ; ast a nemine in dubium vocatum iri autumo, quin ad illud referenda sint citata Vitalis dicta.

81 Verum si ex recitatis verbis manifesto habemus, S. Bertrandi sanctitatem et miracula anno 1167 in concilio Lateranensi declarata fuisse, non tamen inde certo deducere possumus eum tunc temporis cælitibus fuisse adscriptum ; sed iidem fatendum est nullum præiudicium adversus sententiam contrariam creari ex absentia documentorum, quæ ad id negotium pertineant ; cum nemo sit, qui non noverit plurima in conciliis oretenus tantum agitata et statuta fuisse : in quarum rerum numerum ipsas Sanctorum canonizationes sæpius retulerunt nostri decessores et Benedictus XIV. Præterea deperdita sunt hujus concilii acta. Ut ut illud est, certum est S. Bertrandum Sanctorum albo illatum fuisse ante annum emortualem Gulielmi III Ausciensis, seu ante 1170, quemadmodum luculente liquet ex vetusto Necrologio monasterii Casæ-Dei, comitatus Parniacensis, edito ab Oihenarto (h) in hæc verba : Guillelmus Dandozile archiepiscopus Auxitanus et sedis apostolicæ legatus, nepos S. Bertrandi, qui eum fecit canonizari, multa bona fecit nobis et multos adversarios pacificavit. Unde pronum esset concludere canonizationem S. Bertrandi in concilio Lateranensi anni 1167 peractam et tum ab Alexandro III promulgatam fuisse ; verumtamen fieri posset, ut Pontifex tum solummodo statuerit penitus examinandum esse id negotium, idque minus crediderit Hyacintho cardinali, qui S. Bertrandi meritum declarationem ita cordi habuit, ut ejus vitam a Vitali curavit conscribendam, et qui aliquando certe honestatus est similibus officiis ; ut e dicendis liquet.

C 82 Cum enim cardinalis ille inter annum 1172

et 1174 in Hispania legati munere fungeretur, constat tum ab eo ut Sanctum promulgatum aut beatificatum fuisse Rudesindum : et quidem cum in instrumento seu declaratione beatificationis statuatur Sancti Reliquias kalendis Septembris transferendas esse, et a pluribus ut certum admittatur, diebus Dominicis tantum aut festis Reliquiarum translationes olim factas esse, in annum 1174 hæc beatificationis solemnitas, a plerisque anno 1170 certo male annexa, referenda videtur. Synopsis rei gestæ edidit Antonius de Yepex in suo chronico Benedictino, similiter Tamayus Salazarius in Martyrologio Hispanico ad diem I Septembris ; et ex his decessores nostri ad I Martii (i). At Ambrosius de Morales manibus suis tractavit dictum instrumentum, et multa fide, ut ipse loquitur, nonnulla ex eo hispanica fecit. Pauca excerpemus : Y tambien por ruegos de muchos nobles varones, por el autoridad del Papa nuestro Señor, la qual (aunque indignos) tenemos en las provincias de España, habiendo tenido sobre ello con mucha gravedad nuestro consejo, quisimos que el cuerpo del sobredicho epispo y Confessor dignissimo fuése elevado y colocado en lugar digno y eminente, y que sea venerado en la tierra como Sancto por todos los fieles Christianos. Quod latine in instrumento authentico, in monasterio Cella-nova asservato, sic fere sonare debet : Et similiter ad petitionem multorum nobilium virorum, ex auctoritate domini nostri Papæ, qua licet indigni gaudemus in provinciis Hispaniæ, matura hac super re deliberatione habita, volumus ut corpus supradicti episcopi et Confessoris dignissime elevaretur et collocaretur in loco digno et eminenti, et ut omnes fideles Christiani hunc virum tamquam Sanctum venerentur in terra (k).

83 Morales (l) assertit in dicto monasterio Cella-nova asservari bullam, qua Hyacinthus, factus summus Pontifex sub nomine Cælestino III, confirmat quiddam olim circa S. Rudesindum egerat. Cum Morales hæc omnia suis viderit oculis, non est quare hic in dubium vocetur Tamayi de Salazar fides (m), cum partem hujus bullæ refert, de qua ante eum, non Morales, sed alii plures jam dixerant. Ex Tamayo itaque (n) describo sequentia Cælestini III verba : Igitur quia illa, quæ dum in minori gradu constituti persolvimus, in perpetuum illibata permanent, ex supra nominatorum consilio, et ejus precibus instantibus, matura et prudenti deliberatione, nunc in montis, Deo operante, cacumine collocati, omnia per Nos tunc circa hoc facta, apostolica auctoritate firmamus, et præsentis confirmationis firmitate munimus. Nulli ergo omnino hominum, etc. Data fuit hæc Bulla VII idus Octobris anni 1195. Verum licet ea confirmatio sit rei jam pridem gestæ, censet tamen Morales loco citato (mitto Benedictum XIV (o), aliosque qui ex Opere nostro synopsis tantum actorum Hyacinthi legati novisse videntur,) S. Rudesindum beatificatum fuisse ab Hyacintho cardinali, et ab eodem, Pontifice facto, esse canonizatum : quæ sententia admittenda est, quoniam secus probatissima de canonizatione Sanctorum doctrina, passim in omnium laudatissimo suo opere explicata a Benedicto XIV, rejicienda esset.

84 Egregius enim hic scriptor, discutiens quæ-

D Legatus Hyacinthus, qui tempore Alexandri III S. Rudesindum beatificavit.

E

et Pontifex factus hæc sua gesta confirmavit ;

F

forte idem egit ergo S. Bertrandum.

(a) Cfr. Vitam, n. 29. — (b) Lib. I, cap. XXI, n. 9. — (c) Ex Vit. Alexandri III ap. Baronium in Annal. ad annum 1191, § v. — (d) Novæ, Elementa Hist. Pontific. t. III, p. 99. — (e) Ibid., p. 100. — (f) Ibid., p. 102. — (g) Critic. Baron. ad annum 1168, § LIII. — (h) Notit. utriusq. Vasco-

niæ, p. 453. — (i) T. I, Martii, p. 118. — (k) Morales, Coron. gener., lib. XVI, cap. XXXVII, n. 7, t. VIII, p. 288. — (l) Ibid., loc. cit. — (m) Benedict. XIV, de Canonizat. SS., lib. I, cap. IX, n. 7. — (n) Martyrol. Hispan., t. II, p. 40 et seq. — (o) De Canoniz. SS., lib. I, cap. XX, n. 19.

aperte

A aperte negat (a). Barboza, *Lexanæ, Castellino. Centelorio et Maltae suffragans*, legatum de latere suæ legationis auctoritate ad actum beneficentis aut canonizationis devenire posse; neque hic videntur probati scriptores dissentire. Cum vero quaeritur an possit in forma commissaria: eum hac forma beatificare posse statuit laudatissimus scriptor; at refragari videtur sententiæ eorum, qui autumant eum etiam canonizare posse; et alibi (b) quidem vehementer impugnat eos, qui, conjectis exemplis, sentiunt aliquando definitionem canonizationis a Romanis Pontificibus aliis delegatam fuisse. Verum cum ex his exemplis certo eruatur promulgationem saltem beatificationis, aut ipsam beatificationem delegatis nonnumquam creditam fuisse, quid mirum si similis potestas Cardinali Hyacintho, viro ob suam prudentiam notissimo, data fuisset erga S. Rudesindum? Neque aliquid ob stare videtur, quin Hyacinthus similiter egerit erga S. Bertrandum, cum toties in Galliam venerit, legati munere fungens, dummodo id inter annum 1167, quo celebratum est Lateranense concilium et annum 1170, quo obiit Gulielmus III Ausciensis præsul, adimpleverit. Quamobrem sub

B iudice relinquimus, sitne S. Bertrandum a cardinali Hyacintho in forma commissaria beatificatus, priusquam ab Alexandro III canonizatus fuerit.

S. Bertrandi corpus tum e terra elatum non fuit; sed nomen famulum civitati Convenis datum est;

85 His itaque in ambiguo relictis, affirmare posse videmur corpus ejus ex terra tum elatum non fuisse: quod nemini mirum accidere debet, cum corporis elevatio sæculis XI et XII non semper canonizationem comitata sit. Unum specimen attulisse satis erit: in Commentario de S. Henrico II, imperatore et rege Germaniæ, ostenderunt decessores nostri (c) bullam canonizationis anno 1145 ab Eugenio III datam fuisse; sed elevationem ejus corporis duobus tantum annis post obtigisse, iidem inferius probant (d). Quocirca, cum in S. Bertrando facile quoque obtinere poterit, ut ejus elevatio aliquamdiu dilata fuerit, atque interea, anno scilicet 1170 Ausciensis archiepiscopus, totius negotii strenuus promotor, diem supremum obierit, facile intelligitur quo pacto S. Bertrandi corpus plures quam centum septuaginta annos humatum manserit. Intra hoc vero temporis intervallum duo nobis occurrunt testimonia, quibus constat jam tum novas Convenas Urbem Sancti Bertrandi dictas fuisse, et canonici Convenenses nuncupatos esse canonicos Sancti Bertrandi; quod idem sonat ac canonicos oppidi, non vero ecclesiæ S. Bertrandi, cum ecclesia B. Mariam patronam titularem habeat. In miraculo enim, de quo Vitalis num. 41; quodque post annum 1170 accidisse num. 4 hujus Commentarii prævii ostendimus, dicuntur vir et mater sua... ad urbem S. Bertrandi devenisse; in instrumento vero de executione testamenti Arnaldi Rogerii, episcopi Convenensis, quod circa annum 1180 scriptum fuit, dicuntur CANONICI S. BERTRANDI habuisse valorem tria millia solidorum Morlanensium (e). Quæ testimonia quoque probant S. Bertrandum jam ante suam elevationem cultum fuisse.

elevationem vero fuit corpus a Clemente V anno 1300;

86 Porro hæc elevatio facta est XVII kalendas Februarii anno quarto pontificatus Clementis V. Bernardus Guidonis in Vita Clementis V sic de hac solemnitate loquitur (f): Eodemque anno (1308) circa finem præcedentis mensis Augusti, Clemens Papa cum curia sua recesserat de Pictavis; transivitque per Burdegalam, et Agenesium et Tolosam; fuitque Tolosæ in festo Natalis Domini usque ad Epiphaniam. Recedensque de Tolosa,

declinavit ad sedem Sancti Bertrandi Confessoris diocesis, quæ dicitur Convenarum; ubi in festo Beati Marcelli Papæ, scilicet XVII kalendas Februarii, corpus sacrum Sancti Bertrandi episcopi et Confessoris, cujus ipse fuit consors in nomine et successor in sede, de loco, in quo prius erat, in capsam transtulit preciosam, quam ad hoc idem Papa fecerat suis sumptibus fabricari. Magnam quoque concessit indulgentiam visitantibus ibidem sacras Confessoris Reliquias annuatim. Non dissimilia refert Amatricus Augerii de Biterris in hujus Pontificis Vita, a Baluzio quoque edita: Item, inquit, quod postea anno Domini millesimo trecentesimo octavo idem Clemens apud... Tolosam venit. Et ibi in festo Nativitatis Domini remansit usque ad Epiphaniam. In quo festo ipse in civitate Convenarum supervenit, in cujus ecclesia cathedrali corpus Sancti Bertrandi Confessoris transtulit, et in quadam capsâ auri et argenti, et cum lapidibus pretiosis miro modo de novo facta, per eum ipsum sanctum corpus cum summa devotione et solemnitate reposuit ad Dei gloriam et honorem.

87 Exstant præterea litteræ apostolicæ Clementis V, hujus elevationis aut translationis fidem facientes: has invenit Raynaldus in libro VI epistolarum hujus Pontificis, quemadmodum ipse in Ecclesiæ Annalibus (g) proficitur; earumque autographum aut saltem apographum servabatur olim quoque in archivio Convenensi, ut ex his verbis, a Lastrade (h) recitatis, colligo: Hanc igitur civitatem Beatus Bertrandus gloriosus Christi Confessor olim episcopus Convenarum se pennis virtutum erigens post præsentium cursum dierum lætus ingredi meruit; quæ verba ex ipsis Clementis litteris se hausisse testatur Lastrade, ea certe non describens ex Raynaldo, qui pro more suo partem tantum litterarum edidit, omittens S. Bertrandi laudes, apostolicis litteris insertas; quod ipse nos docet, cum ait Bernardi Guidonis narrationem confirmari literis apostolicis, quibus sancti præsulis encomia celebrantur; religiosas vero pompam, qua sacra lipsana transtulit, describi a Pontifice his verbis:

dedique Pontifex litteras, E

88 Clemens, etc.... Cupientes eundem Sanctum, quem dominantium Dominus honoris prærogativa sublimavit in cælis, debita in terris honorificentia venerari, sacratissimum corpus ejus de infimo ad locum celebrem et solemnem in ecclesia vestra paratum, venerab. fratre Nicolao episcopo Ostiensi, et dilectis filiis nostris Berengario tit. SS. Nerei et Achillei presbytero, Landulfo S. Angeli, Raimundo S. Mariæ novæ, et Arnaldo S. Mariæ in porticu diaconis Cardinalibus, necnon venerabilibus fratribus nostris Rothomagensi (Bernardo) et Auxitano (Amaneo II) archiepiscopis, ac Tolosano (Graillardo), Albiensi (Bertrando II), Magolonensi (Petro III), Adurensi (Martino II vel Bernardo), Tarivensi (sane Tarvensis episcopus intelligitur; erat is Geraldus), et Convenarum (Bossone) episcopis nobis adstantibus, ac præsentibus dilectis filiis... (Augerio de Monte-alto) de Cimorra... (Arnaldo II Novelli) de Fonte-frigido... (Augerio II vel Rogerio I) de Scala-Dei... (Ar. Raimundi, vel Gulielmo VII) de Bono-fonte, et... (Arnaldo II) de Benedictione-Dei monachorum abbatibus S. Benedicti et Cisterciensis Ordinum, Auxitanæ, Narbonensis, Tarivensis, et Convenarum diocesium ac aliorum fidelium multitudine copiosa, XVII kal. Februarii

quarum fragmentum recitatur;

F

(a) De Canoniz. SS., lib. 1, cap. xi, n. 4. — (b) Lib. 1, cap. XLIV, numm. 7, 10 et seqq. — (c) T. III Julii, p. 715. — (d) Ibid., p. 716. — (e) Gall. Christ., t. I, instrum. p.

177. — (f) Vit. Pepar. Avenion. Baluzii, t. I, col. 69. — (g) Ad annum 1309, § II. — (h) Relation de la translation. etc., p. 63.

cum

A cum debita reverentia et honore propriis manibus duximus transferendum, etc. Datum Convenis xvii prædictarum kal. Februarii anno quarto. Nomina abbatum in his litteris sanc expressa erant; non item nomina episcoporum; abbatum etiam nomina omisit Raynaldus, addito tamen omissionis signo: ea supplevi ex tomis I, VI et XIII Galliarum Christianarum.

89 Quis porro crediderit ex recitatis tabulis deductum fuisse S. Bertrandum a Clemente V die xvi Januarii anni 1309 esse canonizatum? Verba Bernardi Guidonis et Augerii de Biterris id sane non inveniunt; hi scilicet cum de canonizatione S. Petri Cælestini seu Petri de Murrono, a Clemente V inter Sanctos relati, sermonem instituerunt, prorsus alio modo loquuntur; et verba Augerii (a): Item quod postea anno a nativitate Domini mcccxxx quinta die Maji apud Avenionem frater Petrus de Morono, quondam Cælestinus Papa V, per dictum Clementem Papam solemniter extitit coronatus atque canonizatus, et sub Sancti Petri nomine catalogo aliorum Sanctorum Confessorum fuit aggregatus, etc. Verba Bernardi Guidonis (b), æque clara atque manifesta sunt. Præterea ex sex Clementis biographis, quorum opuscula Baluzius edidit, unus anonymus Venetus, rebus politicis enarrandis fere occupatus, Sancti Petri Cælestini canonizationis non meminit; at quatuor ex hoc senario mentionem non fecere de honore S. Bertrando colato: cujus silentii causa absque dubio in eo latet, quod minime canonizatio, sed mera translatio erat. Similia fere mihi dicenda sunt de litteris Clementis V: bene scilicet nota est forma bullarum canonizationum, quæ circa hoc tempus a summis Pontificibus editæ sunt; quin etiam sapius fuit impressa bulla canonizationis S. Petri Cælestini (c), quæ sola canonizatio Clementi V adscribitur; ast hæc bulla toto cælo diversa est a supra recitatis litteris apostolicis. Et quidem frustra quis opponeret non integras nobis adesse has litteras; responsum quippe in promptu est; modum, quo Lastrade (d), de his litteris sermonem instituit, satis superque indicare, in eis de sola translatione aqi; quod si Lastrade non sufficientem fidem faciat, præsto est Ordoricus Raynaldus (e), qui in ea merum testimonium de translatis Reliquiis vidit.

C

§ VII. Inquiritur in indulgentiis Clementi V summo Pontifici attributas, potissimum in indulgentiam ad instar jubilæi; de tribus festivitibus S. Bertrandi.

Indulgentia, quæ Convenis singulo fere sæculo lucranda est,

Jam pridem Convenis indulgentia in forma jubilæi lucranda proponitur in S. Bertrandi honorem, quotiescumque festum Inventionis Sanctæ Crucis in feriam sextam incidit; ad quam solemnitatem tantus fuit atque etiamnum est concursus, ut Bruzen de la Martinière in Dictionario suo geographico-historico ex authenticis instrumentis narret præ turba homines illic suffocatos fuisse, et semel confessarium præ penitentium multitudine a summo saxo in præcipitium fuisse propulsum; quod ex dicendis fidem sibi acquirit. Præterea Lastrade (f),

(a) Baluze Vitæ PP. Avenion., t. I, col. 109. — Ibid., col. 78. — (c) Vide Codic. Canonizat., p. 117. Edit. Rom. ann. 1729. — (d) Relation de la translation, p. 52 et seqq. — (e) Annal. Eccles. ad annum 1309, § ii. — (f) P. 153. — (g) Cfr Collet de indulg., cap. 1, n. 10, juxta Suarez, disp. 50, sect. iv, n. 8, et Theodor. a Spiritu Sancto, Tract.

qui capite ix Vitæ S. Bertrandi de hac indulgentia tractat, ejus institutionem Clementi V, Sancti Bertrandi Reliquias transferenti, adscribit; atque idem ab aliis fieri video; quin etiam hæc indulgentia in forma jubilæi apud La Martinière, Lastrade aliosque cum mero jubilæi nomine mihi occurrit, licet indulgentia ad instar jubilæi, vel in forma jubilæi nihil aliud importat quam plenariam pœnarum remissionem, non vero specialia jubilæi ordinarii vel extraordinarii privilegia, nisi hæc diserte exprimantur in diplomate (g). Præsentem vero indulgentiam in illo casu versari ex eo colligitur, quod in ordinationibus illustrissimi archiepiscopi Tolosani pro indulgentia, anno 1833 et anno 1839 lucranda, jejunia, elemosynæ, etc., non præscribuntur; quæ tamen jubilæum comitari solere scribit theologus Gallus Colletus (h). Præterea sacerdotibus non fit in hac celebritate Convenensi potestas solvendi a votis aut eadem commutandi. Interdum tamen brevitate causa indulgentiam ad jubilæi instar jubilæum nuncupabimus.

91 Jam vero nisi quis malit Benedictum XIV, doctissimum sacræ antiquitatis indagatorem, erroris arguere, (quod absit), statuendum est indulgentiam plenariam in forma jubilæi vel ad instar jubilæi a Clemente V concessam non fuisse Convenensibus aliisve. In Synodo enim diocesana sic loquitur (i): Clemens VI, qui Pontifex creatus est anno 1342, primus fuit, qui Annum Sanctum a centenario ad quinquagenarium annorum curriculum contrahens, in ipsa indulgentiæ concessione usurpavit hoc verbum JUBILÆUM. Itaque, si aliqua proferatur indulgentiæ concessio inscriptam habens hanc JUBILÆI denominationem, eaque enuntiatum tempus antevertat, poterit utique prudens episcopus dubiam illam suspectamque merito habere. Neque quidquam officit adversus hæc Benedicti XIV dicta, quod S. Bernardus jam pridem ante Clementis VI tempora in epistola ad cruce signatos (k) applicuerit indulgentiæ plenariæ vocabulum jubilæus, cum id tantum tropologice seu per allusionem fecerit, ut liquet ex ipsis ejus verbis: Beatam ergo dixerim generationem, quam apprehendit tam uber indulgentiæ tempus, quam invenit superstitem annus iste placabilis Domino et vere jubilæus. Quæ S. Bernardi allusio ita quidem placere potuit, ut apud concionatores in communem abierit usum, et demum speciei cuidam indulgentiarum adhaerit; ast dici propterea nequit has ipsas indulgentias jubilæum dictas fuisse ante medium sæculum XIV. Quocirca, cum terminus comparationis ante ipsam comparationem necessario existere atque cognosci debeat, recte concludit Cl. V. Binterim (l) ante Clementem VI existere non posse indulgentias plenarias in forma jubilæi vel ad instar jubilæi.

92 Quamobrem ad tempora Clementis V revocari non potest absolutiois quædam forma, quam huic pontifici tribuit P. Possinus in annotatis ad Vitam S. Bertrandi; operæ pretium est eam cognovisse: Absolutio anni JUBILÆI ecclesiæ civitatis Convenarum a domino domino Papa Clemente V edicta. Dominus noster Jesus Christus per merita suæ sacratissimæ passionis te absolvat et ego auctoritate ipsius et auctoritate domini nostri Clementis Papæ quinti, vicem gerens, necnon et Apostolorum Petri et Pauli, mihi in hac parte commissa et tibi concessa, absolvo te ab omni sen-

Histor. de Jubil., cap. 1, § iii, n. 10. — (h) De Jubil., cap. 1, n. 3, juxta Suarez, Navarrum, Vivam. Cfr. Benedictum XIV, de Synodo diocesana, lib. xii, cap. xviii, n. 9. — (i) Lib. xiii, cap. xviii, n. 9. — (k) Epist. eccl. xiii. Edit. Mabill., t. I, col. 329, n. 4. — Denkwürdigk. der katol. Kirche, t. V, part. iii, p. 500.

D

non concessa fuit in forma jubilæi a Clemente V;  
E

F

unde ad eum non pertinet forma quædam absolutiois, ejus nomen præferens.

tentia

A tentia excommunicationis majoris et minoris et ab omni irregularitate, suspensione et interdicto, restituendo te in unitate sanctæ matris Ecclesiæ, et singulis peccatis tuis, sedi apostolicæ specialiter et generaliter reservatis, juxta tenorem litterarum anni JUBILEI, in quantum claves sanctæ matris Ecclesiæ se extendunt: in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

*Argumenta, quibus proponant indulgentiam tamen plenariam a Clemente V Convenensibus concessam;*

93 At si Clemens V Convenensibus non concessit indulgentiam plenariam in forma vel ad instar jubilæi, seu juxta tenorem litterarum anni jubilæi, fatendum est inde non sequi nullas plenarias indulgentias ab eo concessas fuisse; quam alteram questionem ita examinare placet, ut ex una parte argumenta faventia proponamus, ex altera vero argumenta adversa, et cæterum ipsi lectori omne relinquamus judicium. Habemus itaque primo testimonium Bernardi Guidonis affirmantis a Clemente V, transferente S. Bertrandi Reliquias, magnam quoque concessam fuisse indulgentiam visitantibus ibidem sacras Confessoris Reliquias annuatim. Confer num. 86 hujus Commentarii prævii. Præsto est secundo episcopi Convenensis mandatum, in annum

B 1591 ad diocesanos suos datum; quod cum nullum antiquius exstare asserat P. Possinus, hic ex ejus egrapho excudendum curamus: Urbanus Sangelasius, Dei ac sanctæ sedis apostolicæ gratia Convenarum episcopus, et capitulum ecclesiæ cathedralis Convenarum universis et singulis præsentibus litteras inspecturis salutem in Domine sempiternam. Notum facimus tenoreque præsentium attestamur, quod in ecclesia prædicta Convenarum proximo ac sequenti mense Maji, secunda videlicet ac tertia ejusdem mensis diebus, a primis Vesperis secundæ diei, qua die festum celebrabitur Beati Bertrandi, ipsius ecclesiæ patroni usque ad secundas Vesperas inclusive tertiæ diei, qua die, quæ erit Veneris, festum Inventionis Sanctæ Crucis Domini nostri Jesu Christi solemniter agitur, ob memoriam et honorem Passionis ejusdem, qui in ara Crucis die Veneris passus est, erit indultum generale, quod a sanctissimo domino Clemente Papa quinto, Bertrandus antea vocato, cum in illa ecclesia tunc personaliter interesset, et cujus ecclesiæ, cum in minoribus agebat, episcopus, atque deinde archiepiscopus Burdigalensis fuerat, quoties Sanctæ Crucis Inventio die Veneris occurreret, cum plenaria omnium peccatorum remissione concessum extitit, atque per sanctissimos dominos nostros dominos Papas hactenus confirmatum, quibus diebus, vel eorum altero, omnes et singuli dictam ecclesiam visitantes, vere confessi et contriti, plenariam omnium suorum peccatorum remissionem et absolutionem cum pluribus aliis indulgentiis reportabunt et consequentur, prout hic usque quoties festum Inventionis Crucis Dominicæ in die Veneris occurrit factum et usitatum in dicta ecclesia Sancti Bertrandi Convenarum extitit. Datum Convenis die prima mensis Martii, anno Domini MDXCI. Hæc latine; gallice dein paucis indicabatur initium et finis ejusdem celebratitatis.

*similes indulgentiæ Compostellæ, Anicii, in Monte Majori, et Lugduni obtinentur.*

C 94 Tertio, forma Convenensium indulgentiarum, quæ a festorum in certos dies incidentia pendunt, quibusdam sorte non ita extraordinaria videbitur, cum Compostellæ toto illo anno, quo S. Jacobi festum in diem Dominicam incidit, jubilæus (a), seu ut alii volunt (b), indulgentia, quam quidam ad Callixti II tempora referunt (c), ad jubilæi instar cele-

(a) Ferraris Biblioth. canon. ad v. Jubilæum, n. 5. — (b) Theod. a Spiritu S. qui jubilæum ordinat, et extraordinarium admittit. De Jubilæo, p. 6. — (c) Cfr Papebrochium in Propylæo Maji, paralipom., p. 69. — (d) Hist. de N. D.

bretur, et similis indulgentia, Anicii (le Puy) obtineat, quotiescumque festum Annuntiationis B. Mariæ Virginis cum feria vi hebdomadis sanctæ concurrat; quam quidem P. Gissejus (d) testetur circa annum 1418 dictam fuisse ante hominum memoriam existitisse. Præterea de indulgentia Sancti Petri Montis Majoris, quam Du Port (e) anno 1690 scribens jubilæum appellat, certum documentum nobis exhibet Vita prima Innocentii Papæ VI (f): Eodem tempore (anno 1353), inquit auctor anonymus, fuit magnus concursus populorum peregre venientium ad monasterium Sancti Petri Montis Majoris diocesis Arelatensis, ubi esse dicebatur indulgentia magna, immo secundum aliquos plenaria. Est autem talis indulgentia anno illo, quo festum Inventionis sanctæ Crucis occurrit feria sexta, quemadmodum fuit anno prædicto. Insuper Convenensis canonicus Lastrade in saepe citato opusculo de S. Bertrando, ut specialitatem Clementis Papæ V liberalitatem probet, adducit in testimonium indulgentiam jubilarem Lugdunensem, quam Clemens V in coronationis suæ memoriam concessisset lucrandam in templo S. Joannis Lugdunensis, quotiescumque festum Corporis Christi concurreret cum festo Nativitatis S. Joannis Baptiste: quam liberalitatem quoque probalam volunt ex indulgentiis, quas ecclesiæ Burdigalensi, in qua aliquando clericus et archiepiscopus fuerat, dignatus est elargiri. Alia argumenta faventia nupiam potui reperire. Quocirca locus jam est, ut rationes, quæ contrarium suadent proponantur.

95 Prima est gravissimorum scriptorum auctoritas: Benedictus scilicet XIV, laudans plurimum et contrahens Commentarium Beati Ludovici Thomasi Cardinalis de concessione indulgentiarum, in hæc loquitur verba (g): Denique Venerabilis Cardinalis Thomasi in præcitato Commentario, postquam innuit, omnium primam indulgentiam plenariam, uti superius relatam est, eam esse, quam Urbanus II euntibus ad recuperationem Terræ Sanctæ largitus est, quamque illius exemplo confirmarunt et innovarunt Callixtus II, Eugenius III, Clemens III et Innocentius III, dum eadem urgebat ratio Terræ Sanctæ ex hostium manibus redimendæ; addit, se nullum aliud exinde reperisse exemplum indulgentiæ plenariæ ante eam, quam primo Anno Sancto induxit Bonifacius VIII; silentio transmittens indulgentiam Portiunculæ ex eo fortasse, quod ipsa quasi immediate a Christo Domino concessa fuerit. Unde, cum Annus Sanctus, a Bonifacio VIII indictus anno 1300 currebat, et Clemens V anno 1309 S. Bertrandi Reliquias transtulerit, nemo non mirabitur indulgentiarum plenarum usum brevi tempore ita communem factum esse, ut Pontifex novennio post concesserit singulis fere sex annis lucrandam indulgentiam, viz dissimilem ab indulgentia centenaria Anni Sancti a Bonifacio VIII indicti.

96 Secundo, non dubito quin multi pristina Convenensium opinioni, stipati a Benedicto XIV, Beato Ludovico Thomasi et Papebrochio nostro, harum rerum primo fere indagatore, opposituri sint, quanta moderatione, ut loquitur Benedictus XIV (h), usi sint Romani Pontifices in indulgentiis concedendis, quas scilicet paucorum plerumque annorum concedere solebant. Et quidem Papebrochius (i) colligens indulgentias, non in translatione Reliquiarum, sed in ipsa canonizatione Sanctorum concessas, reperit Honorium III anno 1225 viginti dies concessisse in honorem S. Laurentii Dublinen-

de Puy, p. 536. — (e) Hist. de l'Eglise d'Arles, p. 395. — (f) Baluze, Vit. PP. Avenion., t. I, col. 322 et seq. — (g) De Synodo diocesana, lib. xiii, cap. xviii, n. 8, p. 166. Edit. Venet. — (h) Ibid., loc. cit. — (i) Propyl. Maji, dis. xx n. 9.

A *sis; Gregorium IX anno 1233 annum unum in honorem S. Antonii de Padua, anno 1234 item annum unum in honorem S. Dominici, et anno 1235 annum unum et 40 dies in honorem S. Elisabeth; Innocentium IV anno 1253 dies 40 in honorem S. Petri Martyris; Clementem IV dies 100 in honorem S. Hedwigis Callixtum III in litteris de S. Vincentii Ferrerii canonizatione, a Pio II. expeditis anno 1458 septem annos et totidem quadragenas; quibus Sixtus IV in canonizatione S. Bonaventurae anno 1472 adiecit Dominicis singulis per annum dies centum. Hic sisto, quoniam Benedictus XIV. hæc eadem probans (a), ostendit, præter annuam indulgentiam 40 annorum totidemque quadragenarum, in ipsa canonizatione Sancti Francisci de Paula indulgentiam plenariam concessam fuisse. Ad Vitam Sixti IV (b) denuo comprobatur Papebrochius parcioniam Romanorum Pontificum in concedendis indulgentiis atque ex hoc capite aliquas Parisienses inter fabulas ablegat.*

ipsam testimoni-  
um Bernardi  
Guidonis  
collatum  
cum indulgentiis a Cle-  
mente V  
Burdigalensis  
concessis;

B 97 Tertio, testimonium Bernardi Guidonis, num. 86 et 93, recitatum nedum favet, nocet plurimum Convenensium sententia: nam primo, loquitur Bernardus de indulgentia annua, dum indulgentia jubilaris Convenensis singulo circiter secentio occurrit; secundo, indulgentia, quam novit Bernardus, die anniversaria translationis Reliquiarum lucranda erat, (in hujus quippe celebratis memoriam illam concessam fuisse clare liquet,) indulgentia autem in forma jubilæi alio omnino tempore et in adjunctis, quæ ad hanc translationem non pertinent, celebratur: et quidem si duplicem indulgentiam concessisset Papa Clemens V, proclivius erat, ut Bernardus hujus extraordinariæ potius quam illius usitatoris meminisset. Demum, si annua et magna indulgentia, a Clemente Convenensibus concessa, similis esset indulgentiæ Burdigalensi, valde benigne cum illis actum videretur. Legimus scilicet in Annalibus Ecclesiasticis, continuatis a Reynaldo (c), Clementem V die XII (d) aut XIII (e) kal. Februarii anno 1308 varia privilegia Burdigalensi S. Andreae ecclesiæ claritum esse: atque imprimis, ait, translationis Reliquiarum ejusdem Apostoli festum diem celebraturis nono Maji, ac diebus proxime secuturis lustrantibus eam basilicam nonnulla indulgentiarum præmia contulit, cum pretiosissimis Sanctorum lipsanis exornata esset: « Considerantes, » inquit, quod eadem Burdigalensis ecclesia in honore Beati Andreae Apostoli gloriosi constructa, metropolitana insignis existit, et alias » multa coruscant privilegio dignitatis; quodque » in ea de ipsius Apostoli sacratissimo corpore » et aliorum plurimorum Apostolorum, Martyrum, Confessorum et Virginum venerabiles » Reliquiæ, quæ multa sunt veneratione colendæ » a cunctis fidelibus, requiescunt, » etc. Alteram partem hujus bullæ, unde devotus Clementis animus erga hanc ecclesiam imprimis patet, edidit Baluzius (f) in hæc verba: Hæc est enim ecclesia, quæ a juventutis nostræ primordiis suis deliciis nos educavit ut filium more matris. Hujusmodi quidem dulcedinis ubera suximus. Ipsa nos fovit in virum; et tandem nos in suum pastorem assumens, gradum se nostris subjectis ascensibus, per quem ascendimus solum apostolicæ dignitatis. Quæ vero indulgentia per hanc bullam concessa fuerit, neque Reynaldus, neque Baluzius indicant, excerpta tantum harum litterarum recitantes; quæ obrem ex alia bulla, kal. Julii ejusdem anni Pictavis data, et Gallie Christianæ inserta (g), id colli-

(a) De Canoniz. SS., lib. I, cap. xxxvi, § v, n. 3. — (b) Propyl. Maji, p. 136. — (c) Ad annum 1308, § xxxix. — (d) Ibid., loc. cit. — (e) Baluz. Vit. PP. Avenion., t. I, col.

gimus: Nuper, ait Clemens V, siquidem accedentibus ad eandem ecclesiam (cathedralem Burdigalensem) in die translationis B. Andreae Apostoli, in cuius honore eadem ecclesia est constructa, quatuordecim annos et quatuordecim quadragenas, et qui per viginti dies ante, et viginti dies translationem eandem sequentes immediate, venerabiliter visitaverint, diebus singulis, quibus infra hujusmodi tempus causa devotionis accederent ad eandem, septem annos et septem quadragenas indulgentiæ duximus concedendos, prout in nostris super hoc confectis litteris plenius continetur. Cum autem speremus, quod ratione hujusmodi indulgentiæ confluat ad eandem ecclesiam de diversis mundi partibus fidelium multitudo: nos fidelibus ipsis in his, quæ spectant ad animarum salutem, salubriter consulere cupientes, ut eis magis existat hujusmodi indulgentia fructuosa, apostolica auctoritate statuimus, quod temporibus dictæ indulgentiæ sex poenitentiarum, si tot archiepiscopo Burdigalensi, qui nunc est et pro tempore fuerit, necessarii videbuntur, ad hoc idonei assumendi de eadem ecclesia vel etiam aliunde per ipsum archiepiscopum, perpetuis futuris temporibus in ecclesia prædicta existant, etc. Atque hanc tantum, annuam et magnam pro tempore, (ut liquet ex his, quæ num. 96 indicavimus,) non tamen plenariam, concessit Clemens V indulgentiam in gratiam ecclesiæ, pretiosissimis exornata Reliquiis, quam filiali ut matrem diligebat amore, cujus archiepiscopus fuerat et quam privilegiis (h) maxime insignibus condecorare studebat. Quamobrem fateor me non audere damnare eos, qui de simili indulgentia Bernardi Guidonis testimonium interpretarentur, seu non crederent a Clemente V ecclesiæ Convenensium, ubi episcopus sederat, plura collata fuisse in translatione Reliquiarum cognominis sui decessoris Bertrandi, quam dilectissimæ Burdigalensi ecclesiæ in memoriam translationis S. Andreae, Christi Jesu Apostoli.

98 Et quidem quarto, ex Commentariis, Tolosa ad nos transmissis, habemus, præter indulgentiam plenariam in ecclesia Convenensium alias indulgentias partiales lucrandas esse tribus præcipuis festivitatibus S. Bertrandi, ex concessione Clementis V per bullam, datam Convenens die XVI Januarii anni 1309, et ex confirmatione Joannis XXII per bullam datam Avenione die XVI Januarii anni 1316 et Leonis X per bullam datam Florentiæ die V Februarii anni 1515: ubi animadvertendum est bullam Clementis V, hic laudatam, eandem esse ac litteras apostolicas de translatione, quas supra num. 88 partim tantum recitare potuimus ex Reynaldo; quæ identitas ex temporis adscriptione liquet, cum XVII kal. Februarii et dies XVI Januarii duplex nota unius diei sit. Quinto, non valde antiqua videtur Convenensium traditio, quandoquidem nullum documentum, anno 1591 antiquius, profertur, ut num. 93 vidimus.

99 Sexto, indulgentiæ Compostellana, Anciensi, Montis Majoris et Lugdunensis, similes Convenensium, conferrent quidem plurimum ad fidem conciliandam hujus antiquitati, si certo de sua ipsarum constaret origine. Nam, ut imiter decessores nostros, qui nihil de vetustate jubilæi Compostellani in Commentario de S. Jacobo ad diem xxv Julii dixerunt, (maxime varia enim est in hoc argumento scriptorum sententia); liquet testimonium, allatum a P. Gissejo de jubilæo Anciensi, quo is ante hominum memoriam exstitisse anno 1418 dicebatur, non multum strin-

D

E

ipsa bulla  
Clementis V  
de translatione S. Ber-  
trandi, et  
recentior Conve-  
nensium tradi-  
tione;

F

observatio in  
similes in-  
dulgentias,  
potissimum  
Lugdunen-  
sem:

222. — (f) Ibid., loc. cit. — (g) T. II. Instrum., col. 266 et seq. — (h) Vide ea in Gall. Christ., t. II, col. 837 et seq.; et Instrum. col. 262 et seqq.

gere,

A gere, cum sæpius hæc locutio sensu valde vago et incerto usurpetur. Quod vero ad jubilæum Lugdunensem spectat, ex quo potissimum Joannes Lastrade indulgentiam Convenensem propugnat, plura notanda videntur. Imprimis, si Clemens V eum concessisset ob suam coronationem, ut vult Lastrade; ecclesiæ S. Justii, in qua hæc celebritas contigit, non vero ecclesiæ S. Joannis hoc privilegium dedisset; dein in dissertatione P. de Montauxan de hoc jubilæo, inserta Commentariis Trivultianis (a), ne mentio quidem fit de Clemente V; sed totus in eo laborat dissertator, ut hujus jubilæi originem repetat vel a Martino V vel a Nicolao V; et quidem nihil antiquius de eo cognoscitur, quam quod anno 1451 celebratus fuit. Verum cum hoc anno jubilæus quoque in Polonia, Austria, Saxonia, Thuringia, Westphalia, tractu Ruremundensi in Belgio, Lithuania, Sicilia, Castella et Legionem, per extensionem Anni Sancti 1450 (b), lucranda propositus fuerit, subibit in plurimorum mentem, diem XXIV Junii, quo festum S. Joannis patroni et Corporis Christi celeberrime apud Lugdunenses agendum erat, decreto apostolico electum fuisse, ut tum populus indulgentiam Anni Sancti lucraretur; et cum homines istiusmodi adjunctis (qualis est concurrentia festorum patroni et Corporis Christi) facile inhæreant, hujus rei memoriam servatam fuisse, oblivioni vero fuisse datam extensionem Anni Sancti, genuinam hujus jubilæi occasionem. Certe anno 1546, ubi denuo hæc concurrentia obtigit, Romam itum aut supplicatio missa fuisse videtur, quandoquidem insignia pontificia litteris pastoralibus cardinalis Ferrarii, tunc temporis archiepiscopi Lugdunensis, impressa sunt (c). Tandem tertio, quam a vero absona sunt Joannis Lastrade dicta, inde insuper liquet quod, ex quo tempore Urbanus IV festum Corporis Christi instituit, hæc celebritas et festivitas S. Joannis Baptistæ primum concurrerunt anno 1451, dein anno 1546, 1666, et 1734, ut notat P. De Montauxan (d); quid ergo Clemens V ineunte sæculo XIV id privilegium concessisset? Demum quod spectat ad jubilæum Montis Majoris, fatendum est id omnium maxime favere, cum certum de ejus antiquitate proferatur testimonium. Verumtamen, (qui ejusmodi antiquiorum indulgentiarum communis defectus est.) cum nusquam proferatur authentica bulla Pontificis, quæ ad sæculum XIV pertingat, et cum Gallia Christiana (e) in catalogo abbatum Montis-Majoris de concessione hujus jubilæi omnino taceat, periculum aliquod forte est, ne huic indulgentiæ intervenerint quæstiones, qui, ut ait ipse Clemens V (f), non sine deceptione multiplici animarum indulgentias populo motu suo proprio de facto concedunt, animas tres vel plures... de purgatorio (ut asserunt mendaciter) extrahunt, ... remissionem plenariam peccatorum indulgent, etc.

tuta tamen est præsens indulgentia in forma jubilæi.

100 Atque hæc, ut initio professus sum, lectoris judicio libenter submitto. Verum quæcumque ineatur de antiquitate indulgentiæ Convenensis sententia, nihil propterea præsens ipsa indulgentia inde patitur; quandoquidem postmodum confirmata fuit imprimis a Pio VII gloriosæ felicisque memoriæ, ut ex litteris pastoralibus illustrissimi archiepiscopi Tolosani Pauli d'Astros, die v Aprilis anni 1833 datis, colligere est. Toto enim animo admittenda sunt hæc Benedicti XIV dicta (g): Temeritatem saperet hujusmodi indulgentiam nunc uti dubiam traducere: ejus quippe legitimum fundamentum statuendum est in comprobatione Romanorum Pontificum.

Hæc doctissimus Pontifex. Atque ille idem inferius laudat nostrum Papebrochium, qui in Propylæo (h) de indulgentiis quibusdam, S. Silvestro Papæ afflictis, sermonem instituens, scripsit, quamvis nequeat efficere Pontifex, ut a Silvestro date sint indulgentiæ, quæ datæ non fuerunt, fieri tamen ab eo posse, ut eæ revera isthic nunc obtineantur, æque ac si ab ipso Silvestro promanassent.

101 Ut ex mandato episcopali anni 1591, num. 93 recitato, manifestum est, temporis spatium, quo olim indulgentiam Convenensem lucrari liceret, intra viginti quatuor horas concludatur; deinde duplicatum est id tempus; quæ lex jam vigeat temporibus Joannis Lastrade, præterea in suo opusculo monentis, feria quarta, seu die prima Maii, ad primas Vesperas solemnitati initium fuisse factum, instituta supplicatione generali; et similiter ei finem impositum die tertio Maii, seu post secundas Vesperas festi de Inventione S. Crucis; atque inter claudendum celebritatem venerabile S. Bertrandi corpus feretro circumlatum fuisse: nunc etiam, ut ex litteris pastoralibus archiepiscopi Tolosani colligimus, bis viginti quatuor horas durat solemnitas, et in utraque supplicatione pium defertur onus. Incredibile fore est quantum olim fieret ad hanc religionem populi concursus: affirmat enim Lastrade homines, sexaginta et octoginta leucis dissitos, ad eam affluxisse, et vix alicui in plateis spatium fuisse ad se movendum; quem concursum adhuc perseverare, Tolosa nobis rescriptum est. Et quidem in Diario, cui nomen Ami de la Religion, in annuntiatione quadam de futuro jubilæo anni 1843 (i), dicitur multitudo magna ad eum concurrere solita ex Arragonia, Catalaunia, Navarra et diocesisbus Gallix: quamobrem, ne ex tanta turba oriantur incommoda, ipsi regio gubernio curam esse, ne vis publica desit, quæ malevolorum, si qui fuerint, præpediat conatus (k). Multo minus partes suas desiderari patitur clerus: archiepiscopus Tolosanus, cui Convenensis tractus, præsentis S. Gaudentii archidiaconatu fere conclusus, in spiritualibus nunc subjacet, litteras pastorales ad hujus archidiaconatus incolas destinat, ipsique celebritati interesse satagit (l). Ut autem penitentibus fieri possit satis, permulti ex vicinia adsunt presbyteri, quibus Tolosanus præsul potestatem quidem concedit absolvendi a peccatis reservatis, non autem commutandi vota, ut liquet ex litteris pastoralibus annorum 1833 et 1839, ad nos transmissis. Anno 1833 quinquaginta circiter aderant sacerdotes, plerique confessarii; et unus alterne missionarius, qui quinque concionibus populum adhortaretur: quibus se addiderant, ut solemnitatem adaperent, seminarium Polinianensis alumni (m). Anno 1839 non minor videtur affuisse confessoriarum numerus; tunc vero vetitum est, ne ut anno 1833, penitentes in privatis ædibus et claustris S. Bertrandi exciperentur, et contra concessum, ut confessorii sacrum tribunal occuparent in templis Vallis Caprarix (Valcabrière), Labroquère, Barbazan, Montisregii (Montrejeau) et Poliniani (Polignan). Atque hæc satis indicant, quantopere etiamnum illa religio vigeat.

102 Initio hujus § dictum fuit, jubilarem hanc indulgentiam lucrandum esse, quotiescumque festum Inventionis S. Crucis in feriam sextam incidere. Verum res mira satis est hanc indulgentiam, quam in S. Bertrandi honorem concessam volunt, a festo Inventionis S. Crucis pendere, non aliter ac indulgentiam monasterii Montis Majoris (confer num.

Hujus indulgentiæ celebritas

E

F

et occasio; atque in aliis festis indulgentiæ; confraternitas S. Bertrandi.

(a) An. 1733, p. 1187-1223. — (b) Cfr. Theod. a Spiritu Sancto, Tract. hist. theol. de jubil., cap. II, § III, n. 17 et seq. — (c) Vide Journal des Savants, Sept. 1734, p. 13, ubi instructio in jubil. an. 1734 explicatur. — (d) Mém. de Trévoux an. 1733, p. 1193. — (e) T. I, col. 603 et seqq. — (f)

Clementin., lib. v, tit. IX, cap. II. — (g) De Syn. dioc. lib. XIII, cap. XXXVIII, n. 5. — (h) Dissert. VII, n. 4. — (i) Ad diem XVI April., p. 108. — (k) Ami de la Religion, ad XXI Maji, an. 1833. — (l) Ibid. locis cit. — (m) Ibid., loc. cit.

A 94), quamasserunt a Romanis Pontificibus elargitam in honorem S. Crucis, cuius sacellum ibidem multa in veneratione erat (a). Attamen festum ali-quod S. Bertrandi pridie Inventionis S. Crucis Convenis celebratur sub nomine Revelationis seu Apparitionis S. Bertrandi, quia in eo recolitur memoria apparitionis hujus Sancti, quæ ultimo numero ejus Vitæ a Vitali narratur, et quæ prima signa sanctitatis, post mortem ostensa, habentur; adeo ut olim (vide num. 93) post celebratam S. Bertrandi festivitatem inciperet indulgentia: unde magis magisque dubiis implicatur universa hæc quæstio. Vix est quod moneam præter id festum duo alia celebrari; quod enim die XVI Januarii in commemorationem translationis Reliquiarum obtinet, ex dictis satis in-notescit; neque minus latet alterum, quod in die obi-tus, XVI Octobris, omnium celeberrimum est. His tribus festivitibus et quatuor diebus festis B. M. Virginis, patronæ titularis ecclesiæ Convenensis, indulgentias quasdam, denuo, ut vult Lastrade (b), a Clemente V concessas, et a Benedicto XIV confir-matas, lucrari olim poterant sodales confraternitatis S. Bertrandi: nam sub hujus Sancti nomine confraternitatem jam temporibus Clementis V illic exstitisse plane asserit sæpe dictus Convenensis canonicus (c); et sane hanc assertionem convellere non licet ex rei novitate, cum ille ritus, ut boni scrip-tores ostendere conati sunt, jam vigeret sæculo VIII (d), aut sæculo IX (e), aut etiam multo ocius (f). Ut sit, medio sæculo XVI certo antiquior est hæc confraternitas, cum anno 1531 a Joanne de Malo-Leone, Convenensi episcopo, pastoralibus litteris renovata sit; quod duobus fere sæculis post, anno videlicet 1716, a Gabriele du Bouchet iterum præ-stitum est, ut docet Lastrade (g).

§ VII. De capsis reliquiariis et mausoleo S. Bertrandi Convenis, deque Reliquiis alibi servatis.

Lipsano-  
theæ et  
mausoleum  
S. Bertrandi

C

N um. 86 Bernardum Guidonis et Augerium de Biterris laudantes audivimus capsam, sumptibus Clementis V paratam excipiendis S. Bertrandi Reliquiis; verum alia hujusmodi plura explicanda supersunt. Lastrade (h), postquam laudasset chori sedilia aliaque Convenensis templi cimelia, pluribus disserit de lipsanotheis S. Bertrandi, quales suo erant tempore; cum audisset non pigebit lectorem, en ejus verba latine facta: Monumentum omnium pretiosissimum, quod isthic exstat, magnificentum mausoleum est, in quo S. Bertrandi exuviæ conduntur, ex quo tempore Pontifex eas exh-man-das curavit, ut in loco decentiori collocaren-tur; post altare majus industrie extractum est hoc mausoleum e lapide secto; duo in eo locula-menta sunt, quorum alterum, clathris ferreis clausum, capit capsam, jussu Clementis V in tumuli formam fabrefactam laminis cupreis deauratis coopertam, et ornata vetustis aliquot figuris: solo jubilæi tempore, supplicationis faciendæ ergo, hæc capsam effertur, aut apparet; ex altera parte exstat alterum loculamentum, viridi bom-byicino panno latisque argenteis limbis interius decoratum, continensque capsam argenteam, cui inclusum est sancti patroni caput, parte dentium etiam instructum. Ostenditur per totum diem hæc capsam majoribus festivitibus, diebusque

(a) Du Port, Hist. de l'Egl. d'Arles p. 295.—(b) Relaf. de la transl. d'une reliq. p. 157.—(c) Ibid., p. 156.—(d) Bi-blioth. sacr. verb. Confrérie.—(e) Thomassin, de discipl.

Tomus VII Octobris, Pars Posterior.

Deiparæ colendæ dicatis; quod ut fiat, aperiun-tur duæ valvæ e ferro deaurato, quibus locula-mentum clauditur;... exterius totum mausoleum splendet picturis, auraturis, imaginibusque, qui-bus S. Bertrandi vita partim effertur. Ante mau-soleum, altare marmoreum exstat, in quo quoti-die celebratur Missæ sacrificium in honorem sancti præsulis. Hæc Lastrade (i). Hæc altare et mausoleum, qualia ante recentiore restaurationem erant, secundum imaginem lithographicam æri in-sculpta hic exhibemus.

104 Ejusdem restaurati mausolei accuratam de-scriptionem ad nos conscripsit, hodiernus R. D. parochus Déqué: Mausoleum illud, inquit, cui altare appositum est, quadrangulam formam ha-bet, sex metra longum totidemque altum, et duo latum; tecto utrinque declivi cooperitur In medio culmine exurgit S. Bertrandi lapidea deaurata statua, duos pedes alta, et ex utroque latere duæ similes orantium figuræ. Imagines vero, quæ in antica parte apparent, in linea tela pictæ fuerunt anno 1823 secundum vetustiores, et aliquot gesta S. Bertrandi (non apprime ubique accurate, ut ex annotatis ad S. Bertrandi Vitam manifestum fiet,) exhibent: in infima ad dexteram, e quatuordecim hominum figuris constante, representatur cor-poris exhumatio, a Clemente V facta; in infima ad sinistram, quæ septemdecim figuras habet, Clemens V coram cardinalibus S. Bertrandum can-onizat (confer tamen num. 79 et sequentes); in me-dia ad dextram, ubi quindecim figuræ apparent, concionante Sancto, mulæ cauda secatur; et in media ad sinistram reparatur hæc injuria, oblati-muneribus; (inferius de his dicendum erit:) in suprema ad dextram, ubi octo cernuntur homi-nes, restituit Convenensibus comes Bigorritanus prædam a se abactam et captivos liberat; in su-prema ad sinistram, ubi quinque figuræ pictæ sunt, apparet S. Bertrandus comiti Bigorritano, quem captivum duxerant Sarraçeni, eumque ex carcere liberat; imago intermedia exhibet S. Bertrandum supplicantem Deiparæ. Ab utroque mausolei latere quatuor vetustiores meliorisque penicilli tabulæ sunt: in infima ad dextram, qua-tuor homines efferente, effinguntur obstinati pec-catores, percussi fulmine; in secunda, ubi quin-que figuræ pictæ sunt, a clericis suis portatur S. Bertrandus agonizans coram altare Deiparæ; in tertia, quæ totidem figurarum est, consternati peccatores imponendam sibi pœnitentiam appre-can-tur; et in suprema fastigii apparet S. Ber-trandus, cœlestem coronam accipiens. Ad latus sinistrum infima imago, septem figuras habens, exhibet captivos, qui S. Bertrando libertatem suam gratulatum ad tumulum ejus veniunt; se-cunda imago refert adulteram, quam Sanctus co-egit ad uteri sui fructum recognoscendum; in tertia, ex quatuor humanis formis constante, ef-fingitur mulier adultera, quæ sacrilegi jurisju-randi poenas luit; ultima demum, in cuneum ad fastigium desinens, S. Bertrandum orationi in-stantem exprimit. Clathra vero, quæ in antica parte cernuntur, includunt hermam S. Bertrandi cum reliquiaria capsam, quæ diebus ejus festis et jubilæi tempore populo deosculanda porrigitur. Describenda superest postica pars; quæ in tria loculamenta distributa est, clathris ferreis, olim deauratis, clausa. In medio loculamento repositæ manent lipsanothea corpus capiens, et altera data, ut volunt, a Clemente V; in duobus reli-

D

E

F

vet. et nov. Ecel., part. I, lib. II, cap. xxv. Edit. 1725.—(f) Savaron, Traité des Confréries, passim.—(g) P. 157.—(h) P. 140.—(i) P. 141 et seq.

A quis loculentis pyxides, minores Reliquias plurimorum Sanctorum continentes, asservantur.

una lipsanothea recens est; neque vetustior a Clemente V videtur data.

105 Curavit suis expensis R. D. parochus Déqué delineationem utriusque S. Bertrandi lipsanotheae fieri a Cl. V. Ludovico d'Ayos. Verum cum ea, in qua nunc jacet corpus, recentioris operis sit, nihilque insigne, quod ad artem pertinet, habeat: (est enim tumba, in cuius fastigio episcopi imago est, in antica vero parte, insignia episcopalia, in modum trium tropaeorum conjuncta;) visa non fuit ejus imago aeri insculpenda. Altera vero capsula, quae ex ligno confecta et cupro tenui cooperta est, cum archaeologorum laudes sapienter adeptam fuerit, exprimitur hic videtur: Longa est, inquit R. D. Déqué, quadraginta duas centesimas metri partes, et viginti quatuor alta. Figuræ, quae typo impressæ non vero celatæ sunt, et monstri venationem, sæpius iisdem formis repetitam, proponunt, nihil mystici indicare videntur. Continet nunc hæc capsula mitram tantum S. Bertrandi, annulum, chirothecas et calceos, inter sacra obeunda munera usitatos, nullas vero e corpore Reliquias.

B Ex hac autem descriptione, potissimum quod capsula cuprea est, liquet satis suspectam esse traditionem Convenensem, qua adstruitur eandem illam esse, quam dono dedit Clemens V; hæc enim, ut num. 86 vidimus, secundum Bernardum Guidonis pretiosa erat, et secundum Amalricum Augerii de Biteris confecta erat ex auro et argento cum lapidibus pretiosis miro modo de novo: et quidem P. Possinus in annotatis Mss. ad S. Bertrandi Vitam nuncupat eam gallice un coffre d'argent, artistement élaboré et enrichi de pierreries enchassées, probe eam distinguens ab herma argenteo, de quo jam diximus, et quem a Clemente V quoque concessum tradit. Cum autem J. Lastrade (vide supra num. 103) hujus cupreæ, minime autem argentæ capse mentionem inducat, planum credere est hanc inter annum 1649, quo scribebat P. Possinus, et annum 1742, quo excusus est Lastradii libellus, nescio de qua causa destructam esse. Similiter quoniam idem Convenensis canonicus herma tantum et capse cupreæ meminuit, nihil vero habet de lipsanothea, cui nunc corpus includitur, certum videtur hanc post ejus tempora constructam fuisse.

Recentiora fata Reliquiarum S. Bertrandi Convenensium.

C 106 Atque ex his satis manifestum esse confido, qui status tum sæculo elapso, tum his temporibus fuerit mausolei et lipsanothecarum S. Bertrandi. Sciscitantibus vero, quæ sors inter turbatam rempublicam gallicam sacris his lipsanis acciderit, Tolosa responsum nobis est, viros omni fide dignissimos testes esse religiose ea fuisse servata; nesciri vero a Convenensibus ætate proventis viris ea ab hoc procelloso tempore episcopali diplomate recognita fuisse; additque R. D. Féral, secretarius archiepiscopi, frustra se perscrutatam esse archivii Tolosani instrumenta, abhinc quinquaginta annis confecta; adeo ut nullum inter ea sibi obviaverit, quod ad has Reliquias pertineret. Veruntamen, ut scripsit ad nos præsens R. D. parochus, testes oculati ei affirmarunt Illustrissimum D. d'Astros, archiepiscopum Tolosanum, anno 1830 aperuisse capsam, et contulisse ossa cum veteribus elenchis et instrumentis, et omnia ab eo in debita reperta fuisse conditione; quocirca eum curasse, ut sigillum suum capse, cui cum corpore vetera instrumenta inclusa sunt, imprimeretur: Quæ res, inquit R. D. parochus, certum testimonium est (ea enim accuratatione utitur laudabilissimus noster præsul), omnia ab eo reperta fuisse in eo statu, in quo ante superioris sæculi turbas erant. Hoc tamen tempore deperdi-

tam censemus pluvialem S. Bertrandi vestem, de qua meminit Lastrade (a), nullam vero mentionem facit R. D. Déqué; plurimum contra laudans vestem pluvialem, quam dono dedit Clemens V, et cui acus universam Christi Domini vitam particulatim intexuit. Contra asservatur etiamnum Convenis ut ex commentariis et imagine lithographica, Tolosa transmissis, edocemur, crocodilus siccatus, quem vulgus a S. Bertrando occisum prædicat; verum qui illum tempore sacrorum bellorum ex Oriente allatum dixerit, propius forte ad veritatem accedet.

107 Alibi quam Convenis asservatæ quoque fere S. Bertrandi Reliquiæ. Discimus e Lastrade (b) a capitulo Barcinonensi aliquot hujus Sancti lipsana petita fuisse; et licet non aperte affirmetur a canonico Convenensi ea fuisse concessa, et nullam de eis apud Barcinonenses, quos habemus, scriptores mentionem de iis reperio, reor tamen postulatis satisfactum fuisse, cum S. Bertrandi cultus in regione illa multum viguerit et hucusque vigeat, ut ex num.

101 jam constat, et inferius etiam liquebit. Inter annos 1675 et 1742 canonici regulares S. Genovefæ Parisienses aliquot quoque sacras particulas adepti sunt; de eis enim gloriantur in præfatione Proprii sui anni 1742; eas vero non recensent inter sua lipsana in Proprio anni 1675; et quidem cum Lastrade earum non meminere, proclive credere est eas a Convenensibus datas fuisse ipso anno 1742, quo Lastradii opusculum in lucem emissum est. Ubi autem terrarum ex nunc lateant, (nisi in communi sacrorum strage destructæ sint,) omnino inexploratum nobis est.

108 Quæ vero de Reliquiis in Insula Jordanis, sancti Bertrandi patria, asservatis, ex Lastrade, per viginti paginas earum translationem explicante, cognovimus, plurimum breviant videntur. Joannes Papa XXII bulla, data die xx Februarii anni 1331, templum, in quod deferenda erant pia pignora et adjectum ei prioratum exeret in ecclesiam collegiatam (c); ipse vero locus, Insula Jordanis, quem num. 16 hujus Commentarii olim castrum Ictium aut Setium fuisse diximus, sæculo xviii in oppidum jam excreverat; quin etiam omnium hujus tractus maximum et simul moribus solutissimum illud pronuntiat Lastrade. Cui malo ut remedium afferretur, et simul ut pietas erga Sanctum indigenam instauraretur, jam pridem actum fuerat de efflagitandis S. Bertrandi Reliquiis. Idcirco tandem canonici, senescallus oppidique primores conveniunt, et duos canonicos Insulenses ad capitulum Convenense ablegant. Votis eorum annuerunt canonici Convenenses, die vi Junii anni 1733 capitulariter congregati. Habitam deliberationem probavit Convenensis episcopus, Antonius de Lastic, translationis solemnitate in diem vi Septembris differens. Absente Joanne Ludovico de Crillon, Tolosano archiepiscopo, assenserunt vicarii generales exceptioni Reliquiarum, et statuerunt primum diem, quo sacra exuvia Insula Jordanis quiescerent, festive celebrandum esse, et Officium de translatione Reliquiarum recitandum; locum decentem suscipiendis Reliquiis paratum iri, et triduum SS. Sacramentum populi adorationi expositum fore; simulque per eos licuit parari ex elemosynis pecuniam, unde expensæ solverentur. Tempore statuto selecti sunt RR. DD. de Sancta-Maria, Faget, Barreli et Sudria, canonici; Broca, Valent, Becanes, Bernadon, Cembres, præbendarii; Roubineau et Robert, primores laici, qui cum supplicantium turba sacrum thesaurum quaerebant. Milto de festivo eorum adventu aliisque hujusmodi rebus dicere. Ad populi religionem excitandam, indulgen-

D

Reliquiæ S. Bertrandi servatæ Barcinone, Parisiis

E

et in Insula Jordanis; quo multa solemnitate translate sunt

F

(a) P. 141. — (b) P. 51. — (c) Hist. du Languedoc, t. IV, p. 173; et Gall. Christ., t. XIIII, col. 38.



A *tias proposuerat Convenensis antistes, et a casibus reservatis poenitentes solvendi facultatem concesserat. Præsente episcopo Tarbensi, (archiepiscopus Narbonensis præter sua vota alibi detinebatur,) obtulit ipse Convenensis præsul Missæ sacrificium, et thecæ, quam Insulenses asportaverant, inclusit duo ossa, quæ medici Cousier et Burgalat costam legitimam et os vertebrale thoracis nuncuparunt. Duplex instrumentum confecit D. Martin, secretarius clericus. Hæc die quinta Septembris acta fuere.*

anno 1753,

109 *Postridie coram immenso populo officia divina peracta sunt; et Insulensibus deinde creditum sacrum onus. Totum iter, ex 16 aut 18 leucis constans, supplicantium ritu confectum est: præibat cruciger, sequebantur sex octove canonici aut præbendarii, vicissim, ne interruptio fieret, sacra cantica concinentes. Rure atque in locis desertis curru imponebatur lipsanoteca, alibi humeris ferebatur; immensa multitudo undique accurrebat et assidua in comitendo erat; e vicis et oppidis clerus, cœnobita, confraternitates, populus, in supplicantium ordines distributi, obviam procedebant. Noctu quiescebat sacrum onus in vicorum oppidorumve templis, in quibus vespere fiebant verba ad populum, SS. Sacramentum adorandum exponebatur, et duo clerici cum quatuor militibus juxta lipsanotecam pernoctabant. Quæ speciatim in unoquoque loco acta sunt, videat lector in ipso opusculo Lastrade. Die IX Septembris Insulam Jordanis ventum est. Reliquiæ exceptæ fuerunt a D. Betou, vicario generali Tolosano. Die X ejusdem mensis verificatio Reliquiarum et quintuplex recognitionis instrumentum facta fuerunt; die undecima et duodecima protractæ sunt solemnitates. Et quidem, cum populi concursus maximus adhuc esset, tres alios dies festos agi et SS. Sacramentum exponi concessit dictus vicarius generalis. Interea miraculi cujusdam fama ferebatur inter populum; ægrotum videlicet sanatum fuisse: de qua tamen re nihil statuit Joannes Lastrade. Hæc satis, ut noverit lector quanta hæc celebritas fuerit.*

B

110 *Quid porro sacris his pignoribus acciderit, postquam Insula Jordanis vi concordatus anni 1801 distracta fuit a diocesi Tolosana, et Ausiensi subiecta, colligimus ex scripto, quod a R. D. parochio Insulensi nobis impetravit sæpe laudatus P. Tinsseau. Cum gallico conscriptum sit idiomate, illud latine a nobis factum lectori exhibemus: Venerati sunt Insulæ Jordanis cives has Reliquias usque ad procellosum annum 1792. Quo tempore, cum gubernium jussisset ecclesiæ supellectilem venditari, piæ manus subriperunt hunc sacrum thesaurum. Cultu divino restituto, ad templum relatæ sunt, et denuo a populo honoratæ. Verum cum nullum scriptum testimonium earum authenticitatem certam faceret, mense Junio anni 1838 inquisitionem circa eas institui jussit archiepiscopus Ausciensis, cardinalis d'Izoard. Commisum fuit hoc negotium infrascripto parochio; et collecta instrumenta ad dictum archiepiscopum transmissa; quibus visis, sequens decretum prodit:*

Joachimus-Joannes-Xaverius d'Izoard, etc.

Omnibus has præsentibus visuris salutem et benedictionem in D. N. J. C. Visa relatione, facta a D. Taste, parochio Insulæ Jordanis, circa Reliquias S. Bertrandi, quas invenit in lipsanothecis; visa declaratione DD. Saureur et Fontan, sub fide jurisjurandi attestantium Reliquias esse easdem ac illas, quæ ante conversam rempublicam ut Reliquiæ S. Bertrandi in parocia honorabantur; considerantes ob probitatem horum testium eorumque erga religionem observantiam nullum

dubium enasci posse adversus veritatem eorum testimonii; declaramus prædictas Reliquias, S. Bertrandi nomen præferentes, esse authenticas, et permittimus eas exhiberi fidelium venerationi. Quocirca mandamus D. parochio, ut curet has Reliquias collocandas in lipsanothecis, panno serico ornatis, et nomen S. Bertrandi, cujus ossa capiunt præferentibus; et ut earum authenticitas servetur, accurate sigillabit lipsanotecam, suum sigillum apponens, et itidem apponens epigraphen, in qua Sancti nomen notatur. Et præsens nostrum decretum deponetur, et accurate servabitur in archiviis ecclesiæ Insulæ Jordanis. Datum Ausciis sub chirographo nostri vicarii generalis, sub sigillo nostro, et subscriptione secretarii nostri, tertio Julii anni 1838. Fenasse, vicarius generalis. De mandato, Mendousse, secretarius, canonicus honorarius. Pro transsumpto fidei, Insulæ Jordanis, die XII Octobris anni 1841, Taste, parochus.

111 *Ut huic mandato fieret satis, hæc S. Bertrandi Reliquiæ in nova capsula reliquiaria collocatæ et obsignatæ sunt, rei que gestæ instrumentum confectum, sub data diei III Decembris anni 1839. Hæc porro capsula servatur in sacrario, S. Bertrando dicato, et omnibus diebus Dominicis, si Adventus, quadragesimale tempus et dies, quibus benedictio cum SS. Sacramento impertitur, excipiuntur, procedit clerus post decantatas vespertas supplicantium ordine atque ritu ad locum, his reliquiis honestatum, ut illic sequentem antiphonam, musicis notis in veteri charta inscriptam et distinctam concinat. ANTIPHONA Sancti Bertrandi, Convenarum episcopi, Insulæ Jordanis nati, neonon atavis editi præfatæ Insulæ comitibus supremis:*

Sanctus Bertrandus clemens dulcisque benignus,  
Prudens et justus, fortis, mitisque modestus,  
Solvat vincla reis, et reddat lumina cæcis,  
Infirmos sanet, cunctisque petita ministret.  
Prudens et justus, fortis, mitisque modestus.  
Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.  
Prudens et justus, fortis, mitisque modestus.

✠. Ora pro nobis, Sancte Bertrande, R. Ut digni efficiamur, etc. OREMUS: Deus, qui solus es bonus, et sine quo nullus est bonus vel sanctus, meritis et intercessione Sancti Bertrandi Confessoris tui atque pontificis, jube nos tales fieri, qui non debeamus tua bonitate privari. Per, etc.

112 *Mutuat hæc sunt Insulenses a Convenensibus, quandoquidem in opusculo Lastrade (a) reperiuntur beneficiarios, qui horis matutinis intererant, quotidie hæc modulatos esse coram altari S. Bertrandi. Quæ religionis praxis sane etiamnum, partim saltem, obtinet. Lastrade præterea exhibet ad idem pietatis genus spectantem ANTIPHONAM AD VESPERAS:*

O pie, nos serva  
Cui psallit juncta caterva;  
Hostes enerva,  
Nos protege, nosque gubernava.

✠. Ora pro nobis, etc. R. Ut digni, etc., OREMUS: Deus, qui solus es bonus, etc.

ANTIPHONAM AD BENEDICTUS:

Israel est dictus  
Deus, et Dominus benedictus,  
Qui primo nos fecit,  
Post nos redimendo refecit,  
Bertrandi meritis  
Det nobis dona salutis.

(a) P. 174.

✠. Ora

D

speciali honore,

E

F

qui Convenis etiam usitatus est, colluntur,

A. †. Ora pro nobis, etc. R. Ut digni, etc. OREMUS: Omnipotens sempiternus Deus, qui Beatum Bertrandum, Confessorem tuum atque pontificem devotum tribuisti pastorem in terris: concede propitius, ut ipse pro nobis apud te sit pius intercessor in caelis. Per Dominum nostrum, etc. Porro plurium saeculorum vetustatem hujusmodi antiphonarum formae inesse nemo non viderit. Sed paulatim delabimur ad cultum ecclesiasticum proprie dictum. Priusquam tamen hunc in sequenti § dilucidemus, alius priscus usus exponendus est; qui, quantum dispicere queo, ab exeunte superiore saeculo obsoletus est.

Gratus animus Auzunensium erga S. Bertrandum,

113 Lastrade in suo opusculo de S. Bertrando (a) meminit veteris cujusdam traditionis, de qua nihil nos monet Vitalis, sed quae in S. Bertrandi mausoleo appingitur (confer num. 104) et enarrandae consuetudinis origo fuisse traditur. Peragrabat scilicet S. Bertrandus diocesim Tarbensis, veneratque tandem in vallem Auzun. Verbum Dei praedicabat sanctus praesul loci incolis, qui cum suos mores a sancto viro carpi fere non possent, ludibrio eum habuerunt, et ejus multi caudam dissecare non aversati sunt. Malevolos punit Deus, quinquennalem siccitatem immitens; unde agri et pecora tabescebant.

B. Implorarunt tandem sancti viri orationes; quas ex animo ad Deum dirigens caelestem placavit iram. Haec Lastrade (b); qui certe non audiendus est, cum S. Bertrandum nuntium apostolicum facit, et hunc terrae tractum ab eo a sacris interdictum fuisse asserit. Jam vero sequens usus inde enatus erat: quotannis legabant Convenenses canonici aliquot viros, qui in his oris exciperent omne butyrum, quod intra hebdomadam post festum Dominicae Ascensionis illic conficiebatur. Atque hujus vallis incolae vel ex voto vel ex grato animo tam arcte se adstrictos credebant ad illud tributum pendendum, ut si Convenenses canonici omisissent quaestores suos legare ipsi curassent ut vetus mos servaretur. Temporibus P. Possini, ut ex ejus annotatis intelligimus, hoc butyrum, quod incorruptibile dicebatur, tam salubre aestimabant homines, ut ipsi Protestantes id quassitum venirent, morbidas corporis partes eo inuncturi.

et veneratio Barcinonensium.

C. 114 Superius num. 107 attingenda fuit pietas Barcinonensis erga S. Bertrandum: ejus origo repetitur similiter ex prodigio, quod Lastrade (c) pluribus exponit; paucis illud ego excipiam: Sancius Parra miles in Pyrenaei vallibus praedatorem agebat; monitus vero a S. Bertrando, justitiae viam fuerat ingressus. Verum non ita multo post in bello hispanico a Sarracenis capitur, et compedibus vincitur. Meminit tum S. Bertrandi jam demortui, opem ejus implorat, et exaudiri meretur. Postridie itaque mane vidit se Sancius vinculis liberum, et tuto Barcinone versantem: Hinc orta est, ait Lastrade, devotio populi Barcinonensis erga S. Bertrandum, et propter hoc miraculum aedificatum est in Monte Jovis vel Judaico Monjoy, aliis Monjuitch, etc.), juxta civitatem et mare consurgente, eremitorium quoddam in S. Bertrandi honorem, in quo celebratur Missae sacrificium. Ex hoc prodigio, quod neque nego, neque confirmo, hujus pietatis originem ducendam esse, difficulter mihi persuasum erit, quoniam Vitalis numero ultimo Vitae S. Bertrandi affirmat Sancium non e carcere Barcinonem, sed ad castrum suum Oltiam translatum fuisse; porro Oltia, ut in annotatis dicitur, sat procul a Barcinone dissita est. Reliqua vero cultus adjuncta libens admitto. Jam si quaeritur ad quae tempora revocandum sit initium hujus

facelli et Barcinonensis S. Bertrandi cultus, fateor me nihil reperisse neque in tomo XXIX Hispaniae Sacrae, ubi res Barcinonenses enucleantur, neque in opere P. Aimerich de Nominibus et Actis Episcoporum Barcinonensium, neque in aliis plurimis, in quibus Catalaunia, Barcino seu ipse Mons Jovis illustratur. Intelleximus autem ex cive Barcinonensi saltem usque ad recentiores in Monte Jovis pugnas sacrarium illud exstitisse.

D

### § IX. Cultus ecclesiasticus S. Bertrando exhibitus.

A. Actum jam fuit num. 102 de tribus festivitatibus, quae quotannis Convenis celebrari solent in honorem S. Bertrandi. Quartam adjecti Saussayus, illamque affixit diei XIX Novembris; nomen vero indidit festum translationis Reliquiarum, non omittens pluribus de hac solemnitate dicere. Saussayum descripsit Ferrarius in suo generali Catalogo Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non notantur, addiditque se illud hausisse ex tabulis Ecclesiae Convenensis; at incautus tantum fucum faciet: Bailletus tamen Saussayo suffragatus est. Verum num. 86 et seqq. sat multa producta sunt testimonia, ex quibus constat S. Bertrandum die XVI Januarii a Clemente V translatum fuisse: unde convellitur haec festivitas, cujus Lastrade aliive merito non meminerunt. Non vero est cur de tribus veris festis, de quibus jam plurima diximus, denuo instituat sermo. Inferius tamen nonnulla excerpemus ex Officiis, quae his diebus apud Convenenses usurpari assolent. Jam de ecclesiastico S. Bertrandi cultu, aliis in locis existente.

S. Bertrandus, qui Convenis non quatuor sed tribus festivitatibus colitur,

E

116 Lastrade (d) probare volens S. Bertrandum ab Alexandro III beatificatum fuisse, vetustatem cultus S. Bertrandi pro argumento exhibet; stabilitque hanc vetustatem, antiquum Legendarium Convenense litteris gothicis, ut loquitur, scriptum, et in quo S. Bertrandi festum cum octava celebrandum proponitur, tamquam assertionis suae testimonium adducens; verum sequentia propius ad propositam quaestionem pertinent, addit scilicet: Postquam Alexander III Sancti Bertrandi gloriam proclamasset, plures Ecclesiae ejus festum celebrarunt; tales sunt Tolosana, Ausciensis, Aniciensis vel Podiensis, Narbonensis, Rivensis, Tarbensis et Lectorensis. Ast haec verba non ita intelligi possunt, quasi continuo haec Ecclesiae S. Bertrandi ecclesiasticum cultum suscepissent: nam, ut nihil dicam de diocesi Rivensi, quae anno 1317 tantum creata fuit, penes me sunt Officia propria, quae Justus episcopus Aniciensis anno 1624 redigi jussit in gratiam cleri Aniciensis, atque illic frustra quaero S. Bertrandi festum; quod proinde apud Anicienses post hunc annum institutum fuisse videtur; et quidem post annum 1733, quo scripsit Lastrade, denuo sublatum fuit, quandoquidem ex Calendario liturgico anni 1832 die XVI Octobris Officium de feria ab Aniciensibus recitari accipio. Quoniam vero Gulielmus III Ausciensis fecit S. Bertrandum canonizari, ut dictum fuit, libenter admitto assertionem Lastrade circa Ausciensem archidiaecesim; et siquidem Tarbae et Lectorae Ausciensem praesulem ut metropolitanam suspiciebant, ad has excludendas dioceses non multum movemur, licet in Proprio Sanctorum, edito ab Ill. D. Ludovico Larochejoucauld,

(a) P. 34 et 49. — (b) P. 47. — (c) P. 50 et seqq. — (d) P. 55.

qui

A qui ab anno 1649 ad annum 1654 *Lectoræ* sedit, *Officio* S. Bertrandi præmittatur hæc formula, quæ aliquantum novitatem sapit: Ex historia Vitæ S. Bertrandi, quæ legitur in Ecclesia Convenarum. Prorsus ignoro quare Narbonenses jam a sæculo XII S. Bertrandum coluissent. Quoad Tolosanos spectat, verisimillimum nobis est S. Bertrandum apud eos cultum fuisse saltem ante annum 1317. Cujus sententiæ rationes evolvere operæ pretium videtur.

et Tolosana ab ineunte saltem sæculo XIV verisimiliter colitur; item nunc in aliis quoque diocesisibus

117 Primo, S. Bertrandus, utpote ex diocesi Tolosana ortus, et plures annos inter canonicos Tolosanos cum canonici et archidiaconi munere versatus, quam proxime ad eos pertinebat; secundo, Graillardus Tolosanus episcopus anno 1309 interfuerat Convenensi solemnitate translationis Reliquiarum; tertio, videtur celebrari S. Bertrandi festum in omnibus locis, quibus constabat diocesis Tolosana, priusquam anno 1317 a Joanne PP. XXII in plures dioceses distracta est, ipsa ad metropolitanam dignitatem evecta. Saltem in Calendario Carcassoniensi, in annum 1826 excuso, mihi occurrit hunc Sanctum coli Carcassi, Mirapicci, apud Sam-Papulenses, et Electæ. In Calendario vero anni 1828 ad usum diocesis Ausciensis, qua non tantum Lectora sed et Lumbariz nunc capiuntur, prodit quoque S. Bertrandi festum. Porro dioceses, anno 1317 Tolosano metropolitanæ subjectæ, hæc septem numero sunt: Lumbariensis, Appamiensis, Montalbanensis, Mirapicensis, Vavrensis, Rivenensis et Sam-Papulensis. Jam vero cum Mons-Albanus ante annum 1317 ad diocesim Cadurcensem pertineret, et Appamiz, olim quidem ad episcopatum Tolosanum spectantes, jam ab anno 1295 a Bonifacio Papa VIII in episcopatum erectæ fuissent, non est quod nos moretur in præsentis questione desiderium Kalendariorum utriusque hujus diocesis. Quod pertinet ad pristinam diocesim Vavrensem, fatendum mihi est S. Bertrandi nomen non obviare in Calendario Albiensi anni 1827, licet Vaurum, quod huic diocesi nunc includitur, ante annum 1317 diocesi Tolosanae subjaceret. Sed fieri potest et quidem verisimile est a Vavrensi quoque etiamnum Kalendarium particulare usurpari, quemadmodum in plerisque suppressis diocesisibus obtinet. Si itaque ex reliquis unam diocesim Vavrensem discernere licet, habemus S. Bertrandi cultum viguisse omnibus in diocesisibus, quæ ineunte sæculo XIV a diocesi Tolosana distractæ fuerunt; unde pronum est admittere hunc cultum ante ipsam distractionem existitisse. Cæterum si hæc conjectura, utut nobis probabilissima, alicui minus placeat, admittat tamen oportet, S. Bertrandum ineunte sæculo XVI Tolosæ, cultum jam fuisse; nam legimus in Missali Tolosano hujus temporis Missam propriam de hoc Sancto. Neque videtur ille cultus unquam interruptus fuisse, quandoquidem in libello Officiorum propriorum, anno 1647 jussu Ill. archiepiscopi Carolo de Montchal impresso, lectiones propriæ de S. Bertrando exstant; Lastrade (a) anno 1733 ejusdem festi in diocesi Tolosana conservationem adstruit, et Kalendarium liturgicum anni 1824 ritu simiduplici eundem Sanctum coli demonstrat.

C 118 In aliis quoque diocesisibus colitur aut olim cultus fuit S. Bertrandus. In Calendario quippe ecclesiastico, anno 1781 in usum diocesis Agathensis edito, commemoratio præscribitur Convenensis præsulis; in Kalendarium Ucticense ejusdem Sancti festum illatum videtur inter annos 1781 et 1786; nam hoc anno ejus festivitas indicitur celebranda in ecclesia cathedrali, non item anno 1781. Antiquiores Bajonenses laterculi mihi desunt; sed qui in an-

(a) P. 82.

num 1830 excusi fuerunt, festum S. Bertrandi sub ritu semiduplici annuntiant. Cadurcenses quoque, ut ex eorum Ordine divini Officii, anno 1831 excuso, colligimus, et Sam-Pontiani Thomeriarum, ut fidem facit Kalendarium anni 1829, celebrant S. Bertrandi festum diem; recentior tamen est Sam-Pontianus cultus, quandoquidem S. Bertrandi nomen exulet ex Kalendaris annorum 1664 et 1681. Sunt forsitan aliæ quoque in Gallia dioceses, ubi olim seu etiam nunc S. Bertrandus ecclesiastico honoratur cultu; sed si quæ sunt, earum penes nos non sunt Kalendaria, aut Breviaria.

119 Cum canonicis regulares S. Augustini a S. Pio PP. V die XVIII Decembris obtinuerint indulgentiam, pluribus præfixum Breviariis, quo non tantum Sanctos illis designatos publice colere, sed omnium quoque aliorum dictæ Congregationis et Ordinis Sanctorum festa etiam sub duplici Officio celebrare; atque iis omnibus et singulis proprias eorum authenticas lectiones et orationes, servata prædicta Breviarii forma, accommodare valeant, etc.; et cum ex altera parte indubium videatur (ut num. 38 et seqq. discussum fuit) S. Bertrandum canonicum regularem fuisse, et extra controversiam teneatur canonicos regulares Convenis ab eo institutos esse, nemo mirabitur S. Bertrandi cultum in aliquot ecclesiis canonicorum invaluisse. Et primo invenimus Officium hujus Sancti cum tribus lectionibus propriis in Breviario canonicorum S. Juliani Brivatensium, anno 1654 reformato et typis credito. Quod vero pertinet ad Congregationem Gallicanam canonicorum regularium, quibus a S. Genovesa vulgo nomen est, S. Bertrandi festum nondum apud eos agebatur anno 1648, ut ex Proprio Sanctorum hoc anno impresso nobis constat; sed anno 1665 festum duplex cum tribus lectionibus et oratione propriis jam celebrabatur, ut similiter ex Proprio colligimus. Sed divinare nequeo quapropter anno sequenti exclusus fuerit ex Proprio, anno 1666 primum ex Capituli generali jussu edito. Postliminii tamen jure S. Bertrandi nomen restitutum video in Proprio anni 1758, ejusque Officio insertas novam orationem et recognitas lectiones ad II nocturnum, et alias lectiones ad III nocturnum, ex epistola 135 S. Bernardi desumptas. Anno vero 1765 ex nescio qua auctoritate prodit Breviarium, toto celo distans a norma Breviarii Romani, cujus rubricas septem annis ante sibi adhuc servandas esse merito sibi persuasum habebant San-Genovesenses, siquidem indulto S. Pii PP. V id præcipiebatur: sic scilicet Patrum suorum traditioni inhærebant, ut tamen præfatur! In hoc itaque Proprio venit S. Bertrandus cum una oratione et una lectione propria. Licet penes nos sint plurima Breviaria Congregationum Lateranensis, Windesemiensis, etc., quæ privilegiis a S. Pio concessis gaudebant, nusquam tamen in eis reperio S. Bertrandi nomen. Illud tamen non in Gallia compressum mansit; in Kalendario nempe collegiatae ecclesiæ Voraviensis (Voraw in Styria Inferiori) canonicorum regularium Lateranensium, sub regula S. Augustini militantium, impresso Græci (Grätz) in annum 1750 video ab eis agi sub ritu duplici S. Bertrandi festum.

120 Mitto describere integra Officia Missæ de S. Bertrando. Ne lectiones quidem, quæ in Proprio Lectorensi, ante annum 1654 excuso, leguntur et altam antiquitatem sapiunt, utpote ex prisco Convenensi legendario desumptæ, hic referre lubet. Licet enim ante mortem Hugonis de Bar, qui ab anno 1671 usque ad annum 1691 episcopatum Lectorensem tenuit, ex reformatæ fuerint (quod colligo ex epistola piissimi hujus præsulis, ad nostrum Papebrochium data,) et veteres proinde interitoni obno-

D

Pristinus ejus cultus apud Canonicos San-Genovesenses, Brivatenses et Voravienses.

E

F

Omittuntur lectiones de S. Bertrando

A *xia sint, cum tamen via quidpiam capiant, quod a Vitali latius non enucleetur, non est cur eas hic recitemus. Abunde me satisfactorum spero rerum liturgicarum curiosis inquisitoribus, claudendo hunc Commentarium prosa, et præfatione Missæ, necnon divini Officii hymnis, quibus Convenenses in S. Bertrandi honorem utuntur. Hæc denuo in acceptis referenda sunt D. Feral, secretario archiepiscopi Tolosani.*

et recitatur  
prosa

## 121 PROSA :

Tolle super astra piam  
Superba frontem civitas ;  
Urbem triumpho consciam  
Sancta decet hilaritas.  
Hic vitii contagio  
Sedebat ægris mentibus ;  
Sacilegis religio  
Mœrebat exul cordibus.  
Bertrandus ecce montium  
Prætervolat obstacula,  
Calcat pruinas, nivium  
Fringit ovans repagula.

B Hinc, scelerum proluviis  
Urbe procul detrudere ;  
Procul, atra barbaries,  
In tenebras devolvere.

Hic Deus adest, plaudite,  
Pia virorum agmina ;  
Profani, contremiscite,  
Suspensa tonant fulmina.

Sepulta propriis gemit  
Impietas ruderibus ;  
Infrendet, sibilat, fremit  
Fractis hydra cervicibus.  
Victor ubi tartaream  
Pestem domuit, fortior  
Ponit ad aras lauream,  
Vel sit laurea dignior.

Ut munus apostolicum  
Curis implet fidelibus !  
Ut semen euangelicum  
Piis rigat laboribus !

Diu monitis durior  
Obstrepuit ferocitas :  
Tandem sequitur mollior  
Deum ; triumphat veritas.

C Sic humum coli ferream,  
Lenire sinum docuit,  
Et sitientem vineam  
Rore salutis imbuit.

Vixit omnibus, moritur,  
Suis quam sibi tristior ;  
Sed totus haud extinguitur,  
Pars vivit ejus melior.

Qui nunc comes cœlitium  
Oves aspicias miseris ;  
Ah ! ne gregem quondam tuum,  
Beate pastor, deseras. Amen.

et præfatio  
Missæ,

122 PRÆFATIO : Vere, etc. Per Christum Dominum nostrum. Qui pro salute ovium, quas acquisivit Christus sanguine suo, Beatum Bertrandum suscitasti, et populo tuo regendo caritatis tuæ ministrum præfecisti ; ut fidelis et prudens dispensator, juxta cor tuum faceret et doceret : ipse est enim quem nobis in lucem dedisti, qui nos verbo vitæ pasceret, virtutum exemplis accenderet et dono miraculorum in fide corroboraret. Unde benedicimus te, Domine, in operibus tuis, et supplices deprecamur, ut spiritualia Christiani populi desideria solemnius impleantur ; et misericordia a te petita per Sancti tui Bertrandi

suffragia celeriter impetretur : ut cum tuæ majestatis super nos apparuerit gloria meritorum nostrorum, tribuas indulgentiam per Christum Dominum nostrum ; cui merito omnes Angeli, etc.

D necnon varii  
hymni,

## 123 HYMNUS IN PRIMIS VESPERIS :

Quantus est ! cujus veniens ad aras  
Dexterum sentit sibi quisque numen,  
Et domum semper redit, impetrato  
Munere lætus.

Omnis huc sexus, volat omnis ætas ;  
Sacra pastoris venerat ossa,  
Turba languentum, properate : præstat  
Ille salutem.

Hæc tuas dicent sine fine laudes,  
Quæ tuas, præsul, cineres recondunt,  
Templa ; quos servat cinis hic sepultos  
Suscitet ignes.

Hic genuflexos quot habes clientes !  
Quot tibi dulces recinuntur hymni !  
Hic tuum nomen sonat ; omniumque  
Vivit in ore.

De tuis, si te mala nostra tangunt,  
Sedibus terras humiles tuere ;  
Nec tuam nostræ bene tutor urbis  
Despice gentem.

Luminis splendor Patris, una proles  
Christe, te pronus veneretur orbis,  
Qui sacerdotes per amoris almi  
Flamen inungis. Amen.

E

124 HYMNUS AD OFFICIUM NOCTURNUM *vel quibus s. Bertrandi gesta*  
MATUTINUM :

Injectum capiti, cur onus excutis ?  
Tandem cede Deo ; te sibi flagitat  
Plebs omnis, precibus et lacrymis ciens ;  
Frustra tu latebras petis.

Audimur : rediit : flectit amor patrem :  
Pastorale tremens jam recipit pedum ;  
Velat sacra comas infula : fit novi  
Bertrandus caput agminis.

Hoc pastore, tener grex ovium, truces  
Fraudes aut rabiem nil metuas lupi :  
Te circum vigili providus excubat  
Custos sollicitudine.

Illi cura subest unica mentibus  
Infusa tenebras luce repellere ;  
Et quis ipse flagrat, subdere languidis  
Vivas pectoribus faces.

Illi delicia cum lacrymis preces,  
Illi divitiæ pauperiem pati,  
Illum perpetuis jam docilis juvat  
Artus frangere præliis.

Somno per gelidam carpit humum, levat  
Atro pane famem, sedat aqua sitim :  
Et larga miseris distribuit manu  
Quæ parcens sibi subtrahit.

Sit laus summa Patri, summaque Filio,  
Sit par, Sancte tibi gloria Spiritus,  
Qui sacris habiles muneribus tuo  
Ungis chrismate præsules. Amen.

F

## 125 HYMNUS AD SECUNDAS VESPERAS :

Cœlo receptum plaudite, cœlites,  
Qui vestra nascens gaudia fecerat,  
Bertrandus infert se triumphis  
Nunc socium comitemque vestris.

Dum mens adepto perfruitur Deo,  
Tellus verendas exuvias habet ;  
Non totus excedis : superstes  
Ossibus est cinerique virtus.

Procul malorum jussa fugit cohors,  
Uteumque votis te populi colunt,

celebrantur.

Arcere

A

Arcere morbos efficacem,  
Atque truci dare jura letho.  
Te civis ambit : seu calamo seges  
Arente languet, seu madido natat;  
Et imbris et solis potentem  
Supplicibus veneratur ulnis.  
Heu! quot procellis cingimur, o Deus!  
Diri quot hostes insidias parant!  
Da corpus invictum periculis,  
Da niveam sine labe mentem.  
Bertrande, per te gloria sit Patri,  
Sit æqua Nato, par quoque Flamini,  
Quo dante, fulges mille signis,  
Dulce decus, columenque nostrum.

## VITA S. BERTRANDI

## EPISCOPI CONVENENSIS,

AUCTORE VITALI SACROSANCTÆ SEDIS  
APOSTOLICÆ PROTONOTARIO.

B

E Ms. P. Possini collato cum editione  
Marteni et apographo P. Gisseji a.

a

CAPUT I. S. Bertrandi nobilis ortus, edu-  
catio, militia, vita canonica Tolosæ,  
episcopatus Convenensis, mors et vir-  
tutes.

S. Bertran-  
dus, ex illu-  
strissimo  
genere or-  
tus,  
\* plenam  
Marteni.  
\* speciem M.

b

\* ergo M.

dictus addit  
M.

C

\* duxit M.  
\* utpote qua  
addit M.  
\* veri M.  
Guillemi  
Gisseji apo-  
graphum.  
\* de M.  
\* Setio M.  
d  
e

arma induit,  
\* juvenile M.

\* tempore M.

\* evertere M.  
mala M.

Sanctorum vita cæteris norma vivendi est; ideoque digestam plenius accepimus seriem Scripturarum : ut dum Abraham, Isaac et Jacob cæterosque justos legendo cognoscimus, velut quemdam nobis innocentie tramitem eorum virtute reseratum enitentibus vestigiis prosequamur : Ambrosiana hæc ratio b nos in hanc potissimum sententiam duxit, ut scribere debeamus Vitam B. Bertrandi episcopi et Confessoris Jesu Christi. Sanctus igitur Bertrandus, clarus genere, sed nobilior fide, virtutibus refulsit. Cujus pater Ato Raymundus, vir generosus; mater quoque de claro titulo ducens \* originem, \* filia fuit Vilemi \* comitis Tholosæ, qui cognomine vocabatur Scindens-ferrum c : cujus fama celebris, claris operibus insignita, longe positas provincias illustravit. Fuit autem oriundus e \* castello Ictio d; quod incolæ commutantes, construxerunt exinde castrum, quod Insula e nuncupatur. Placuit autem utrique parentum, ut juxta Apostorum ab infantia sacras cognosceret literas, quæ eum possent instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Jesu. Qui dum esset in ætate tenera, in operibus suis tanquam matutina stella refulgens, evidenter indicabat in flore, quam copiosam fructum segetem, et virtutum uberem germinem produceret in ætate sequenti.

2 Cum vero Beatus Bertrandus attingisset juvenilis \* robur ætatis, militaribus armis est decoratus; et cum nonnullos temporalis militia erigat in pestem jactantiæ, inflet et impellat in furorem superbie, ad rapinæ trahat iniquitatem; denique in omne turpe \* involvat flagitium; qui in suis gloriantur lapsibus, putantes ea esse laudis, quæ sunt criminis; non tamen hunc potuit a studio bonitatis avertere \* inanis \* militiæ gloria; sedula nimirum intentione B. Martini sequebatur vestigia; unde, tanquam civis supernæ patriæ,

moribus insudans honestis, miseriam inopum et gemitum pauperum suis bonis relevare studebat: tanta enim liberalitate florebat, ut nobiles, ignobiles, divites, pauperes ipsum haberent charissimum: dabat \* hic operam ne \* faceret proximo suo malum, et opprobrium non acciperet adversus proximos suos; pius, modestus, placabilis ad iracundiæ motum, neminem provocans, nullum contemnens, velox ad audiendum, tardus ad loquendum, tardus ad iram juxta Jacobum Apostolum, inveniebat in singulis gratiam dilectionis: necesse enim erat ut quem divina perfuderat gratia, ab omnibus quoque amareter.

3 Non in divitiarum incerto et mundiali potentia spem suam vir beatissimus collocavit; sed in virtutum præsidio, quod stabile prorsus ac immobile permanet, totam mentem firmiter constituit; juxta Petri Apostoli sententiam, humilians se sub potenti manu Dei; quæ sursum sunt quærens, non quæ super terram \*; sequens \* Apostolum \*, propriæ contemptor gloriæ, gloriabatur in Domino, sine quo gloria carnis pulvis erit. Illam ergo solam altitudinem gloriæ ardenti requirebat desiderio, quæ in suæ pulchritudinis speculo et decoris veritate indeficienter consistit, quam nullus commutationis turbo prosternit, nullus rerum casus pervertit, nullave \* species alterationis \* infringit; hanc amabat, totus huic inhærebat, hæc illum fovebat, hujus amor a latere suæ mentis nullatenus recedebat; non gloriabatur in pulchritudine corporis, aut \* robore virium, cum et ipse formosus esset, atque robustus; sciens quod \* formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut extinguitur vetustate. Formæ namque nitor rapidus \* et velox et \* omni vernalium florum mutabilitate fugacior, vires quoque corporis decrescunt quotidie, et minuuntur, lapsum potiuntur atque succumbunt.

4 Non ergo in his vir beatissimus suam stategie gloriæ, nec \* in fugacibus \* levibusque \* bonis, quæ festinant ad præcipitem cursum, ad lapsum properant, ad fugam accelerant, quæ tanta levitate feruntur, tanta velocitate veniunt, ut quietem nesciant, tranquillitatem ignorant, sequaces suos turpiter confundant, et multa doloris strage et amaritudine repleant; quorum amatores valentia deserit, pungit molestia, vilitas abjicit, recondit obscuritas; non igitur in his, sed in Domino jactans curam et glorians, sequebatur Apostolum, qui raptus usque ad tertium celum, tanquam vehemens tuba, intonans de \* Spiritu Sancto, terram relinquens, loquitur secundum altitudinem cæli, docens evidenter, in quo amicus Dei debeat gloriari: Qui gloriatur, inquit \*, in Domino gloriatur; ecce igitur habebat secundum Deum prudentiam, quæ regebat ejus militiam, et malitiæ coercebat audaciam; cum multa nempe cautela et prudenti solertia congruis virtutum radiabat \* ornamentis \*; [recte vivendi studio insudans attente,] qui non se in operibus suis sed Deum cupiebat prædicari, peregrinabatur in terris, sed ejus conversatio erat in cælo; quem \* ad opus bonum spes futuræ remunerationis adduxit, et ipsum solum volebat sui operis testem, a quo se recepturum credebatur tota fidei firmitate mercedem.

5 Iste vir, cum non esset de parentibus infamis, et sub habitu militari posset viribus et potentia sua nonnullos opprimere, aliena diripere et multam exercere malitiam noluit exequi temporalis \* militiæ potestatem ad bonorum perniciem. Hic est qui potuit transgredi et non est transgressus, et facere malum et non fecit, ideo

stabilita

AUCTORE  
VITALI.\* enim addit  
M.  
\* ut non M.mundi ta-  
men sper-  
nens glo-  
riam,\* quærens  
addit M.  
\* omittit M.  
\* omittit M.

E

\* que M.  
\* alterca-  
tionis M.

\* in addit M.

\* quia M.

\* est addit  
M.Deoque  
adherens;  
\* non M.  
\* fugitivis M.  
\* labili-  
busque M.

F

\* de omittit  
M.

\* omittit M.

\* militabat  
M. et G. A.  
\* gradibus  
M. et G. A.  
\* uncinis in-  
clusa desunt  
in Ms. Pos-  
sini, hic  
suppleta e  
Ms. G.  
\* quod M.colit justi-  
tiam,\* tempora-  
lem M.

AUCTORE  
VITALI.

stabilita sunt bona ipsius in Domino; qui post aurum non abiit, nec speravit in pecuniæ thesauris; unde fecit mirabilia in vita sua. Sub armis ergo sæcularibus, cœlesti serviebat militiæ, et egregiis moribus virtutum exempla posteritati relinquens, supernæ militiæ gloriosum assumpsit certamen. Cæterum ut causa brevitatis præteream multa silentio divinæ gratiæ munera, in quibus vir Dei summopere nitebat, illam undique dignam laude prosequi cupio virtutum ejus prærogativam, quæ in paucis admodum reperitur, maxime in fervore juventutis, quæ noscitur prior ad peccandum. Erat igitur utilis in verbo, discretus in silentio, non reserans inconsulte ostia linguæ, iniquis detractionum morsibus neminem lacerans, conviciorum amaritudine non exasperans, sale nigra non respergens, non afficiens contumeliis, illud adimplens oraculum: Beatus, qui tectus est a lingua nequam, qui in iracundia illius non transivit, et qui non atraxit jugum ejus, et in vinculis ejus non est ligatus; jugum enim illius ferreum est, et vinculum illius vinculum æreum est. Quoniam enim mors et vita in manibus linguæ, turpia vitabat eloquia, quæ mores corrumpunt. Unde illud sibi congruebat quod scriptum est: Sepi aures tuas spinis, et noli audire linguam nequam; et: Ori tuo facito ostia et seras auribus tuis; quia secundum Isaiam justitiæ cultus silentium.

humilitatem  
et castitatem.  
\* et M.  
\* omittit M.  
\* cognoscunt  
et M.

\* ne M.  
\* inveniant  
M.

C  
\* omittit M.  
\* viriditatis  
M.  
Fuit episcopus

f  
\* pastorem  
M.  
\* ipsius M.  
\* igitur M.  
\* dispensationis  
M.

\* dolentes  
M. et G. A.  
\* penitus M.  
et G. A.

\* omittit M.  
et G. A.

6 Illud etiam multo opere declinabat, superbiam dico, quæ multos et potius sæculi milites, quos gloria vexat inanis, conturbat et ad infima dejicit. Sicut enim nonnulli, qui seipsum non agnoscunt, non amant lucem, in tenebris ambulant, nescientes quid sint, ignorantes unde veniant et quo vadant; unde religione contempta humilitatis, quærunt se supra se; et longius evolantes, metam virtutis nusquam attingunt, nec seipsum inveniant: excæcavit enim illos superbia sua; et unde venantur sublimitatis materiam, reperiunt dejectionis culpabilem causam, juxta prophetam dicentem: Dejecisti eos, dum alleverunt. Lilio quoque castitatis virum Dei jugiter floruisse nulli eorum exstitit dubium, qui vitæ suæ munditiæ et puritatem noverunt plenius; cujus virtutis eminentia, cum in omni ætate præclara sit atque laudabilis gratior tamen fructus ejus apparet, cum germinat et firmat radicem in id ætatis, quæ laqueis et lapsibus Veneris solet facilius cedere.

7 Cum vir beatissimus exhiberet curam pervigilem in administratione dignitatis sibi commissæ, fama suæ bonitatis longius discurrere, quia civitas supra montem posita non potest abscondi, Convenarum cathedralis ecclesia suo viduata pastore sollicite quærebat rectorem, qui eam posset regere prudenter, et suis necessitatibus invigilaret propensius. Factum est ergo divinæ dispositionis clementia, ut illi, quibus erat eligendi concessa potestas, invocata de more Spiritus Sancti gratia, supranominatum virum Tolosanæ sedis archidiaconum eligerent in episcopum, cujus virtutem potius acta quam dicta narrabant. Venerunt ad claustrum Beati Stephani, ejusdem loci episcopo et conventui electionem indicantes. Seniores simul et juniores gaudent de promotione justis viri; dolor permixtus quod eorum ecclesia filium suum mitteret longius. Quid plura? Ducunt electum ad civitatem Convenarum, virum in singulis optimis optime notum, qui neminem prece preciose tentaverat, ut altioris dignitatis cultum attingeret; duxerunt virum, inquam, lilio castitatis præclarum, humili-

tatis placidum speculo, misericordiæ plenum operibus, more solemnem in cathedrali ecclesia intronizantes; concio clericorum laudibus plena resultat, in multo gaudio populorum multitudo lætatur. Procedente tempore consecratus est a Vilemo Bernardo, beatæ recordationis venerabili archiepiscopo in Ecclesia Auxitana, quæ juxta majorum statuta decem civitatum noscitur esse metropolis.

8 Post cujus consecrationis solemnitatem, cum vir sanctus ad suæ civitatis ecclesiam redisset, divinum ibidem celebraturus mysterium, factus est de more venientium ingens concursus, gaudium in clero et erat lætitia magna in populo. Hanc nimirum ecclesiam clementissimus rex Francorum, postquam eripuit civitatem prænominatam a tyrannica rabie gentilium, post adeptam victoriam sibi datam divinitus, ejecta profana gentis spurcitia, insignibus decoravit regalibus cum monte et suburbio; et ad majorem honoris sublimitatem, illud majestati regali adjecit, ut qui prædictam regeret ecclesiam auctoritate pontificali, de regio jure comes Convenarum existeret, et tam ignobilibus quam etiam nobilibus jure dominandi cunctis præesset. Tantæ nobilitatis ecclesiam, etsi minus locupletem, regendam commisit Sancto Bertrando divina clementia. Dedit igitur vehementius operam ut ecclesia in altum consurgeret et decoravit cum illa ornamentorum venustate, quam exigit sibi in usus ecclesiæ, quia diligebat, decorem domus Dei et locum habitationis gloriæ ejus. Circa ecclesiam claustrum construxit, quantum permisit loci illius angustia, impediente præcipitio rupium; ibidemque religionis amator canonicos instituit, qui sub regula Sancti Augustini ecclesiasticis manciparentur obsequiis. In monte quippe domus non erant; et ecce temporibus hujus Sancti meritis exigentibus suis, homines accesserunt, et in monte civitatem habitationis reedificaverunt; et juxta prophetam seminaverunt agros, et plantaverunt vineas, et fecerunt fructum nativitatis; et locus, qui multis temporibus desertus fuerat, habitatores recepit.

9 Sanctus itaque Bertrandus, signipotens fulgore virtutum, plebem sibi commissam lingua, mente, vita prudenter regebat, et virtute miraculorum hominum infirmitates curabat. Dumque parochiales ecclesias visitaret, dies vocationis advenit. Morbum incurrens febrilem, viribus corporis cepit repente destitui; et intelligens dissolutionem corporis sui, fecit se deferri ad cathedralem ecclesiam. O virum in omnibus laudabilem! qui tota devotione erigebatur ad cœlum, et cum gravius urgeret infirmitas, faciebat se portari manibus fratrum in oratorium ante altare Beatæ Virginis Mariæ, in cujus honore fundata est cathedralis ecclesia; ubi in contemplatione suspensus, vacabat orationi propensius, et Domino Jesu Christo et misericordissimæ matri ejus se recommendans attentius, ad vitæ presentis exitum cum plena exultatione, tanquam certus de præmio, devotius properabat. Denique vir sanctus, post consolationem discipulorum et doctrinam et episcopalem benedictionem eisdem exhibitam, laudabili fine diem clausit extremum xvii kalendas Novembris; quem utique lingua, mens et vita, opera, virtutes et signa fideliter narrant ad Christum migrasse; et ante thronum Altissimi, inter sanctos et sublimes Confessores Jesu Christi, gloria fruens immarcessibili, regnat feliciter: ubi cum Sanctis regnat in æternum. Magna nimirum et valde mirabilis

clementia

D

\* Præcedente M.  
\* omittit M.  
Guillermo G. A.  
\* Bertrando M.  
\* dicitur M. et C. A.  
g  
nobilissimæ sedis, Convenarum, ubi templum restaurat et canonicos regulares instituit.  
\* viventium M.  
\* omittit M. h  
\* ac addit M. i

E

k

\* uncinis inclusa omittit M. et G. A.  
\* recipere addit M. l  
m  
n

\* erat M. et G. A.

sanctissime mortuus.

F

\* omittit M.  
\* a fratribus M. o

\* devotionis M.

\* felicitate M.

A  
 \* omittit M.

\* occultata M.  
 \* Beatus M.

\* migraverat M.

\* coruscant M.

## P

laudatur de castitate, humilitate et liberalitate. Dicit sua hausit scriptor e narrationibus \* omittit M. \* itaque M. \* et M. \* effectum M.

B  
 \* Adeo quod M.

\* non M.  
 \* vero M.

\* fallacie M.

\* omittit M.

\* perfecta M.

\* Novit M.

\* Omittit M.

\* et M.

\* Vilemi M.

\* q

\* prima addit M.

\* omittit M.

\* omittit M.

\* omittit M.

\* per lineam M.

\* Vilemi M.

\* B. Bertrand M.

\* de M.

\* omittit M.

\* M.

Gulielmi III, archiepiscopi Auscensis, cujus natiuitas explicatur.

\* quem utero deportas M.  
 \* sacrificabis M.

\* imponas M.  
 \* et M.

clementia Christi, qui post transitum sancti viri uberius etiam contulit eidem gratiam faciendi virtutes et signa: nam manifeste datur intelligi et oculata fide constat esse perspicuum, quod Sanctus Bertrandus, Convenarum episcopus, fidelis Christi servus et prudens, cujus vita innumeris refulsit miraculis, postquam migravit a sæculo, majora noscitur beneficia præstitisse. More enim solito et multo frequentius postmodum mirabili virtute coruscavit signorum; statim namque omni mora postposita, Domino disponente, virtutes renovantur sancti pontificis, declarantur et signa copiosius p.

10 Inter cætera vero virtutum insignia, quibus eum divina perfuderat gratia, tria, quæ sanctum efficiunt, noscitur habuisse, integræ castitatis puritatem, veræ humilitatis devotionem, hospitalitatem ad omnes, maxime tamen ad domesticos fidei. Erat utique castus, non solum corpore sed etiam mente, ut nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectum, non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior, ut ipsa corporis species simulachrum fuerit mentis. Quia domus bona in ipso vestibulo debet agnoscī, humilitatis virtutem usque adeo fideliter conservabat, ut in nullo usquequoque declinaret ad ejus contrarium, nec more quorundam vanam hypocrisin inaniter curabat, sicut plerique faciunt, qui sub fallaci specie humilitatem ad fucum præferunt, ad veritatem abjurant. Sunt enim, qui nequiter se humiliant et interiora eorum plena sunt doli; non sic iste, non sic; sed sine fuce, sine fraude, vere humilitatis custos indubitanter extitit. Liberalitatis virtus tanta in eo cognoscitur fuisse, ut hospitibus et peregrinis, pupillis et orphanis, viduis et leprosis, et quibus est pudor aliena subsidia appetere, nulla ratione beneficiæ gratiam abnegaret. Propter castitatem decoratus, propter humilitatem exaltatus, ob beneficentiam valde gratus, Deo et hominibus placere meruit. Ecclesia ergo Convenarum tanti patris sollicitudine in sancta conversatione profecit, opinione claruit, rebus necessariis crevit. Noverit autem vestra dilectio, fratres charissimi, quoniam quæ præmissimus, ex magna didiscimus parte relatione domni Vilemi, venerabilis archiepiscopi Auxitanæ sedis nepotis ejus, quem in ætate tenera apud se nutritiv, et eundem fecit applicari studio literarum, et canonicavit eum in ecclesia Sancti Stephani, unde ipse fuerat canonicus, et exinde ad dignitatem episcopalem assumptus. Archiepiscopi patris linea germanitatis Sancto Bertrando noscitur fuisse conjunctus. Mater vero prædicti metropolitani erat germana beata et recolendæ memoriæ Vilemi Bernardi archiepiscopi Auxitani, a quo iste nomen accepit, nondum tamen in præsentem lucem effusus, sed clausus in utero matris; quod, eodem veraciter docente, dum in Auxitana sed de suæ narrationis auctoritate multa virtutum exempla colligerem et præsentis scripti propositum, eo mandante, addiscerem, sic accepi ex ordine.

11 Mater ejus genuerat filios; sed morte interveniente, facile eosdem perdebat: quadam ergo die, cum loqueretur cum fratre suo archiepiscopo de morte liberorum, quæta diutius, ab eo tale responsum accepit: Soror mea, fructum tui ventris consecra Domino; si fuerit puella, sanctificabis eam sub voto et religione sanctimonialium; si vero masculus fuerit, nomen meum impones ei, facies eum literas doceri et offeres eum Domino: quod sic rerum eventus, Deo dis-

ponente, clarius indicavit. Fatemur utique, quoniam non spe quæstus ad gloriam commoti ad scribendum venimus, sed hujus viri gratia, qui patrueli gloria Sancto Bertrando conjunctus fuisse dinoscitur. Et sicut hujus Sancti virtutem, ita quoque et illius religionem, cujus causa præsentī instamus proposito, multis et veris studeremus efferre præconiis; sed non præsumimus, cum sit scriptum: Lauda homines post mortem, magnifica post consummationem r.

AUCTORE VITALI.

\* hujusmodi M.

\* ut M.

## ANNOTATA.

a Confer quæ num. 3 Commentarii prævii monimus de tribus his egraphis.

b Hoc proœmium initium est libri de Josepho patriarcha (a).

c Vulgare id cognomen Taliæfer dicebatur, ut liquet ex hujus Vilemi, seu potius Gulielmi III sepulcro, cujus imaginem ediderunt Occitanæ historiographi (h). Illis temporibus pluribus magnatibus commune fuit id cognomen, quod a corporis robore eis indebatur. In Historia Pontificum et Comitum Engolismensium (c) de quodam comite Gulielmo, Sectore-ferri, legitur: Guillelmus iste mediocris staturæ et egregiæ staturæ, ita quod hujusmodi in corpore quantitatis major virtus, ut arbitrator, non exstitit. Nonnullos enim equites ictu lanceæ per clypeum et lorica transfigendo interfecit, et a vulgo dicitur, quod ab equo suo persecutione militare numquam præcipitatus dedit. Ex quibus liquet in attribuendo eo cognomine magis valuisse vires corporis quam animi fortitudinem, licet contrarium velint historiographi Occitanæ (d) in laudando Gulielmo nostro, comite Tolosano. Certe propriis dotibus debebat is id suum cognomen; quandoquidem id in genere suo hæreditarium non erat, quemadmodum Tailleran, Taillerien, etc., aliquandiu a patre in filios defluci apud comites Provincie. Quod pertinet ad Gulielmi III laudes, multum laborant historiographi Occitanæ (e), ut aliquot saltem clara opera, ab eo facta, reperiant.

d De nomine hujus castri pluribus disseruimus in Commentario prævio num. 16.

e Id factum est ante annum 1062, ut in Commentario prævio num. 16 docuimus.

f Oppidum id, cujus originem, situm atque destructionem § III Commentarii prævii exposuimus, nunc dicitur St-Bertrand de Comminges. Valde mire de ejus nominis etymologia disserit Valesius: Convenis, inquit (f), nunc vocari Commingeois, quasi commanentes, et pagum Convenicum, le Comminge, quasi commanentiam dici, olim persuasum habui: nec etiannum mea mihi conjectura displicet. Addit dein, in Notitia quadam Galliarum Convenarum nomen a Communia deduci, quod cives variis ex locis in unum corpus aut communiam coaluerint. Ast, ut alia multa taceamus, utraque conjectura repugnat dictis S. Hieronymi, quæ num. 53 Commentarii prævii recitavimus. Quod vero ad nomen gallicum pertinet, id corrupte a nomine latino derivari satis liquet; cæterum aliquantisper investigari potest, quas mutationes passum sit hoc nomen, ut ad præsens gallicum deveniretur. Fredegarius in suo Chronico num. 2 (g), Vasconum loquendi modum sequens, Conbanem, non autem Convenas scripsit; postea, ut ex diplomatibus colligere est, scriptum fuit Cominhiem, Cominiem, Comejum, Comenium, etc. (h). Et quidem anno 1125 Comenge jam prodit in diplomate, quod recitant historiographi Occitanæ (i); unde liquet id no-

(a) Oper. S. Ambrosii, t. I, p. 429. Edit. 1781. — (b) Hist. du Languedoc, t. II, p. 173. — (c) Labbe, Biblioth. nov. MSS., t. II, p. 258. — (d) Hist. du Languedoc, t. II, p. 176. (e) Ibid., l. c. — (f) Notit. Gall., p. 158. — (g) D. Bouquet, t. II, p. 417. — (h) Hist. du Languedoc, t. II, vide Indicem. — (i) Ibid., probat. col. 434 et seqq.

A men huic regioni adhaesisse, cum vix aliquot annos una alterave Communia in his plagis exstaret (a), neque proin nomen Comenge, seu Comminge a Communia deduci posse.

g Plura de his jam disputarunt decessores nostri in Vita S. Exuperii ad diem xxviii Septembris (b), et Cointius in Annalibus ecclesiasticis Francorum (c). Non enim semper Ausciensi sedi metropolis iura attributa fuerunt; quinimmo diu ipsa subjecta fuit sedi metropolitanae Elusatiim; donec hæc civitas destructa fuit et sedes archiepiscopalis semota: hinc sæculo nono iura metropolis accessere Ausciis in Aquensem, Lactoratensem, Convenensem, Conservanensem, Lascuriensem, Adurensem, Vasatensem, Tarbensem, Olorensem et Bajanensem Ecclesias; ad quas alludit Vitalis hic loci.

h Si quaeritur, quis sit clementissimus ille rex Francorum, qui Convenas eripuit a tyrannica rabie gentiliū et post adeptam sibi victoriam datam divinitus, ejecta profanæ gentis spurcitiâ, cathedram Convenensem tantopere nobilitavit, fa-teor me vix scire cui conjecturæ (nam plures fieri possunt) adhæream. Cæteris tamen præplacet sententia P. Possini, qui in observationibus egrapho suo præmissis, æstimat clementissimum hunc regem Clodovæum I esse; tyrannicam rabiem gentiliū dominationem Visigothorum, qui, jam pridem tota hac regione potiti, Tolosæ regni sui sedem collocarant; victoriam datam divinitus Vocladensem triumphum esse, relatum de Alarico, et a veteribus permultis scriptoribus speciali divinx opti adscriptum et demum ejectam profanæ gentis spurcitiâ hæ-resim Arianam esse, quam Visigothi profitebantur. Si vero quis hæc ad tempora Caroli Martelli, Pip-pini, Caroli Magni et Ludovici Pii referre velit, qui cum Sarracenis aliisque non multo melioris no-tæ catervis in hoc terræ tractu præliati fuerunt, ipsi nequaquam obstabo.

i Regalia, ut in Glossario Cangii videre est, va-rii sunt generis: hic autem certe sunt vel iura re-gia, quæ ab imperatoribus vel regibus interdum ecclesiasticis aliisque personis conceduntur, qua-lia teloneum, moneta, pedaticum, etc., vel prædia, quæ ad ecclesias pertinent, iis a regibus olim concessa.

k Textus editus a Martene plane hic consentit cum Ms. P. Possini; sed plurimum discors est Ms. P. Gisseji, in quo hæc leguntur: Et ad ma-jorem honoris sublimitatem illud majestate regali adjecit, ut, qui prædictam regeret Ecclesiam au-thoritate pontificali, de regio vicecomes Conve-narum existeret et ignobilibus jure dominandi cunctis præesset. Ex qua lectionum varietate habe-mus episcopos Convenenses secundum Martenii et Possini egraphum dictos fuisse comites et tam igno-bilibus quam etiam nobilibus jure dominandi cun-ctis præfuisse; et secundum tertium P. Gisseji apo-graphum vicecomitum tantum titulum eis datum fuisse, eosque præfuisse ignobilibus, non autem no-bilibus. Quas varietates si in examen vocemus liquet imprimis in utroque scribendi modo aliquid hiulci esse; nam non bene in priori lectione fluit: Et tam ignobilibus quam etiam nobilibus... præesset, ubi potius dicendum foret: Tam nobilibus quam igno-bilibus; et altera lectio: De regio vicecomes desi-derare videtur vocabulum jure. Præterea textus, editus a Martene, et jam ante Oihenarto cognitus, tam inextricabiles difficultates parit, ut Oihenartus, historiographi Occitanæ, P. Possinus in laudibus Convenarum, quas egrapho Vitæ S. Bertrandi late apposuit, et encomiastes Lastrade omnino omiserint sermonem facere de comitis titulo, quo olim fruii fuissent episcopi Convenenses. Et quidem jam dudum ante S. Bertrandi tempora reperitur comitatus Con-venensis penes domum Carcassonensem, neque us-piam mentio fit de Convenensi episcopo, qui comitis titulo gavisus fuisset, sed plures occurrunt in Histo-

(a) Hist. du Languedoc, t. II, p. 515. — (b) Act. SS., t. VII Sept., p. 628. — (c) T. I, p. 242, ad an. 508, § viii.

ria Occitanæ laici, qui comites Convenenses appel-lantur; unde multo credibilior fit lectio apographi P. Gisseji, quod Convenenses episcopos vicecomites tantum et cunctis ignobilibus superiores facit.

l Textus apographi P. Gisseji et editionis Mar-tene differunt hic satis a textu P. Possini, ut num. 61 Commentarii prævii monuimus.

m Vide de hoc claustro et de canonicorum regu-larium Convenensium institutione Commentarium prævium § IV.

n Reapse hæc loci angustia tanta est, ut Bruzen de La Martinière in Dictionario Geographico Hi-storico ex authenticis instrumentis narret die quadam sacerdotem confessarium præ penitentium turba a rupibus præcipitem datum fuisse: cui narratui fidem præbet ingens concursus hominum, ad S. Bertrandi jubilæum convenientium. Confer num. 90 Commen-tarii prævii.

o Errant scriptores plurimi, qui arbitrantur hæc ecclesiam possisse primitivæ patronæ suæ vocabulum ut S. Bertrandi, titulum assumeret: videlicet alta-re tantum cum S. Bertrandi nomine in ea conditum est; B. V. Maria vero permansit patrona.

p Hic desinit egraphum P. Gisseji, ut num. 6 Commentarii prævii monuimus.

q De Gulielmo III seu Vileumo, de Gulielmo I seu Vileumo Bernardi, paulo inferius memorato, deque varietate lectionum, quæ hic in Mss. exstat, plura docuimus § II Commentarii prævii.

r Liquet hæc scripta fuisse vivente Gulielmo III, Ausciensi archiepiscopo, qui sedit usque ad annum 1170.

## CAPUT II. Miracula S. Bertrandi, dum viveret in terris.

Exigit\* autem congruus ordo doctrinæ, ut ali-quam Sancti Bertrandi miraculorum partem seorsum ac separatim officio stilli mandemus\*; quoniam in narrandis S. Bertrandi\* singula\* non esset data facultas et liber exeresceret in opus immensum. Decens enim ut et sancti viri virtutes et signa non jaceant sepulta silentio; sed per scripturæ memoriæ jugiter vivant in sæculo. Partim igitur accepimus in ecclesia sua ab his\*, qui eum viderant, et ejusdem gesta nove-rant plenius, miracula quæ\* scripsimus; partim\* illa scribenda duximus, quæ referebant fratres Scalæ-Dei de Ordine Cisterciensi, dum apud eas sederem\* et de schola virtutum eorum assume-rem\* exempla verborum a. Tempore igitur quo vir Dei, sublimatus cathedra pontificali, Conve-narum regebat Ecclesiam, erat quædam femina, titulo nobilitatis insignis, sub cujus dominatione multa\* constituta castella in eadem diocesi, ob-sessa\* a dæmone. Vexebat eam dæmonium; loque-batur tacenda atque dicenda; crinibus effusus per terram volebatur supina; membrorum motus inæqualis, enormis et inordinatus; oculorum revolutio horrenda quam plurimum; rictus oris terribilis; facies olim formosa, tota deformis: dolebant parentes dolore nimio, pro eo quod esset opprobrium et confusio omnium; duxerunt eam ad basilicam Sancti Justi\* b, ubi\* quantum pote-rat jejuniis et orationibus instabat\*. Quadam igi-tur Dominica die ingressus est vir Dei prædictam ecclesiam, celebraturus ibidem missarum solem-nia. Parentes et amici prænominatæ mulieris rogant illum, ut accedat ad illam, et liberet obs-essam. Denique vir Dei, confusus de misericordia Christi, altius orationi incumbit; et officio pieta-tis convictus\*, lacrymas et preces attendens ro-gantium,

D

E

F

a

b

conjunctus

M.

gantium,

S. Bertran-dus energu-menam libe-rat.  
\* surgit M.  
\* demanda-rem M.  
\* omittit M.  
\* singulis M.

\* iis M.  
\* quæ omittit M.  
\* et addit M.  
\* sederet M.  
\* assumeret M.

\* erant addit M.  
\* stabat ad-dit M.

\* viri addit M.  
\* ubi omittit M.  
\* insistebat M.



A gantium, in nomine Christi Jesu adversus dæmonem fortis athleta surgit in prælium: dæmon cœpit acrius fremere et \* obsessam crudelius vexare; sed ecce sanctus episcopus aquam benedictam super eam respersit \* cum oratione devota, et invocata gratia Sancti Spiritus, imperat dæmoni confidenter, ut exeat; et confestim liberata est mulier a dæmonio per virtutem Spiritus Sancti et orationem apostolici viri, statimque ad majoris \* certitudinis argumentum \* et revelationem Christi Jesu, in ipsa \* liberatione multum evomuit sanguinis, quæ fuerat a dæmone vexata. Et omnes, qui viderunt, dederunt laudem Deo, qui tam sanctum elegit pastorem in Convenarum Ecclesia, qui et \* ecclesiam sapienter regeret et dæmonia ab obsessis ejiceret. In hujus nimirum consideratione miraculi omnes, qui aderant, erant repleti stupore nimio, et lætabantur in gaudio magno; sed illi potissimum mirabantur \* exultantes, ad quorum opprobrium infirmitas dominæ videbatur spectare. Ibant igitur omnes gaudentes, et divulgabant ubique tanti virtutem miraculi; mulier vero \* infinito repletur gaudio, et ait: Deo gratias et sancto episcopo, per cuius orationem liberaverat eam Dominus a vinculo dæmonis. Quæ, pristina libertate percepta, cœpit e vestigio in formam sanitatis reduci, vividior \* color redditur vultui, lingua modestiam \*, oculi \* venustatem \*, stabilitatem \* cervix \*, et omnis denique motus membrorum cum summa compositione servabat solita \* incolumitatis vestigia. Mulier hæc generosa multis temporibus de tanto miraculo perhibuit testimonium cum iis qui viderant et crediderant, non solum dum \* sanctus episcopus in \* terris viveret, sed etiam \* postquam feliciter ad Sanctorum consortium in cœlum migrasse cognoscitur.

3 In quadam villa erat mulier formosa facie, quæ fallaci laqueo Veneris unum diaconum tanto libidinis ardore succenderat, ut præter eam nihil optaret videre \*, præter eam nihil videretur amare: amor illicitus, amor perditionis et noxius, amor religionis voto \* contrarius et a clericorum conditione, schola virtutum persuadente, sejunctus, mentem prædicti clerici inebriaverat, et corpus ejus commaculaverat; et erat ligatus in vinculis ejus; et sic illius jugo colla \* submiserat, ut a misera captivitate nulla ratione posset evadere. Requirebat consilium, quomodo posset ab amoris noxia peste recedere, et neminem inveniebat, qui posset eum ab ejus reticulo liberare. Gravis nimirum ista dementia: non amicorum dehortatio, non pœna verberum \*, non denique virtus medicamenti plerumque sufficiunt hanc pestem auferre, hunc dolorem præcidere, hunc furorem extinguere. Sic iste captus erat, et vincula ejus nemo solvebat, sine spe libertatis tenebatur astrictus, et a castitatis lilio recesserat impudicus. Sed ecce factum est divina gratia, ut sanctus episcopus ingrederetur hanc villam, ubi hæc fiebat; et tanquam sollicitus pastor, cupiens ovem suam reducere ab ovile Domini, corrigebat diaconum, dicens: Quid est, quod audio de te? Debuisti vas tuum possidere in sanctificatione et puritate vite, ut dignus esses ad ministerium Dei. Congruum tibi erat et \* voto tenebaris astrictus, cum ad sanctos Ordines accessisti, castitatem servare, fugere \* fornicationem, quæ animam ligat, corpus commaculat. Ministerium altaris vite munditiam decet habere, nec usquequaque corpus syum libidinis inquinamento fœdere, nec cor suum inclinare ad Veneris æstum \*. Post correptionem sancti episcopi respondit dia-

conus dicens: Pater, gratias tibi ago, quod repperitur meritis \* congrua vicissitudo. Paterno verbere castigas, quos diligis. Ego utique me \* graviter deliquisse cognosco et contra officii mei legem egisse confiteor; cæterum invitus trahor, rapior nolens ad perditionis amorem, et libertatis gratiam nusquam reperio: ago, quod nolo, et quod \* odio, facio.

14 Tunc vir Dei, intelligens altius vulneratum cor ejus, convertit se ad mulierem, dicens: Sed \* quid blandimentis tuis meum filium persequeris? Quare oblectationum tuarum amaritudine amarissima meum ministrum excrucias \*? Numquid, misera mulier, non times summi Judicis iram incurere, qui tam nefanda scelera non consuevit impunita relinquere? An ignoras \*, lasciva \*, tua sine pœna tanti delicti atrocitatem committere? Desine amplius, mulier impudica, desine amplius, ab incepta desiste nequitia, et tui furoris amorem averte. Tunc mulier scelerata \* contemnens monita sancti episcopi, iniquitatis verba profudit, et dum loqueretur vana \* quædam, venit super eam virga terribilis, missa \* divinitus \*, et mox in conspectu circumstantium vexata graviter a dæmonio, expiravit illico, simul vitam amittens et animam. Quo facto, timore magno et vehementi admiratione repleti sunt, qui aderant.

15 Quædam mulier, non habens unde filium suum nutrire, requirebat a patre præsidium; qui, ut adimeret omnem occasionem petendi beneficium, dicebat se numquam filium habuisse ab illa. Venit ergo mulier ad virum Dei, et ante præsentiam ejus constituta, super hoc proposuit querimoniam, dicens: Ad gemitum cordis mei inclina, pie pater, aurem tuam, quia inops et pauper sum ego. Infelix ego mulier, omni exposita miseræ, fornicatorio concubitus amplexu hunc, quem vides puerum præsentem, vulgo natum concepi et peperit, et non possum ipsum nutrire, angustia rei familiaris [urgente; et doloris \*] acerbitas vehementius conturbat viscera mea, et acrius excruciat animam meam, quia pater ejus patrem se negat, et exutus pietate paterna filium non recognoscit quem genuit, et omne beneficium negat filio suo. Video ergo misera filium meum mori, \* eo quod non habeo unde sustentem vitam ejus; unde vita mea in mœrore \* et in gemitibus, quoniam \* fame perit filius meus; excusat matrem immoderata paupertas, et ejusdem innocentiam evidentius judicat ingens penuria; accusat patrem veritatis conscientia testis, quæ docet eum filium habere, quoniam \* negat occasione retrahendi beneficium: præterea arguendus est criminis, qui, cum \* habeat filium, negat nutrimentum, præsertim cum non desint \* sibi facultates. Dic ergo ei, domine, ut me adjuvet, quia \* reliquit me solam ministrare. Tunc sanctus episcopus, considerato gemitu mulieris, jussit hominem ante præsentiam suam constitui, monuit, \* inquisivit et increpavit eum, pro eo quod negaverat debitam nutrimentum filio suo. Qui more solito negationis protulit verbum, et se puerum istum non genuisse testatur, dicens: Audisti, optime pater, astutæ mulieris querelam, quam manifesta falsitate respere non erubuit; tanquam calumniatrix iniqua \*, in me innocentem tam \* falsum intendere crimen præsumpsit. Ego breviter respondeo et me ab hac muliere filium habere nulla ratione cognosco. Ex rationibus intendentis et impellentis etsi non discurrebat eadem verborum series, eadem \* nihilominus colligebatur sententia. Tunc sanctus episcopus ad experientiam fidei accedens, confusus utique de

AUCTORE  
VITALI  
MONITIS M.  
OMITTIT M.

\* quæ M.

et mulierem  
sceleratam  
plectit.  
\* ut M.

\* cruciariis  
M

\* ignorat M.  
\* lascivia M.

\* scelerosa  
M.

\* nova M.  
\* omittit M.  
\* omittit M.  
E

Detegit per  
aquam frigidam  
patrem  
pueri,

\* omittit  
M.

\* pro addit  
M.  
\* timore M.  
\* in addit M.  
F

\* quem M.

\* tametsi M.  
\* desunt M.

\* qui M.

\* et addit M.

\* nequam M.  
\* omittit M.

\* tamen ad-  
dit M.

miseri-

AUCTORE  
VITALI.

miseriordia Christi, ante se jussit afferri vas plenum aqua frigida *d*; appositus est lapsis intrinsecus, benedixit aquam, et dixit homini: In nomine Christi Jesu extrahe lapidem de aqua frigida; et si confidis de innocentia, appareant innocentiae signa; si vero non, contrarium. Tunc homo cum temeritate et summa audacia manum mersit\* in aquam, lapidem extraxit, et statim virtute divina manus tanta combustione exarsit, ut\* cocta videretur in ferventissima aqua; et recepit in filium quem prius negaverat, et nutrit eum. Sensit testis dolosus in aqua frigida ignis incendium, qui contempserat episcopale mandatum, et apprehendit omnes timor et admiratio, et magnificabant Dominum\*, qui mirabilis est in Sanctis suis.

16 In Villa Nova *e* suum ingressus hospitium, vocavit servos patris-familias, dicens eis: Habetis aliquid de venatione vestra? Qui dixerunt ei: Jamdudum, pater, de venatione nihil accepimus, et licet habeamus instrumenta venandi nonnulla, adempta\* tamen nobis est diu venationis gratia. Mox vir Dei praesentari sibi laqueos jussit, et benedixit eos, et praecipit\* pueris, ut ad venandum exirent; confestim executioni mandatur praecipitum, et post modicum temporis spatium magnum capreolum afferunt venatores; et cognoverunt episcopi benedictionem non cecidisse\* irritam et benedicebant Dominum, qui voluntatem episcopi virtute\* tam repente compleverat. Multis quoque temporibus, quamdiu praedicti laquei superfuerunt, in eadem domo gratia venationis remansit.

17 Die quadam parabat\* ducatum cuidam homini; et ecce\* miles quidam, habens hominem\* illum exosum, occurrit in via, et manu profana rapuit eum, equitatem post episcopum, ut esset securior. Rogavit vir Dei tyrannum, ut quem manu sacrilega violenter\* abstulerat, redderet sibi hominem; sed miles preces ejus contempsit. Quod videns episcopus ingemuit, et canonice ultionis non distulit exercere gladium; et mox miles plagam sensit in oculis coelitus missam, et sicut Cain impressum est signum in palpebris oculorum, habentium motum continuum: unde in-vitus reddidit hominem [et incolumen reliquit\*].

18 Quidam habebat uxorem\* sed\* utique\* negata erat gratia generandi prolem. Ingressus est vir Dei villam ubi isti permanebant. Venerunt ante praesentiam sancti pontificis, exponunt cum genitu cordis ei suam sterilitatem, quam non intulerat senectus, sed vitium naturae. Ab utroque diligenter inquisivit sanctus episcopus, utrum post contractum matrimonium thorum\* legitimum contagione adulterii, experientia recipiendae prolis, maculasset; uterque sub fidei attestazione stipulatur se non transtulisse ad alienum thorum. Tunc sanctus episcopus jussit sibi afferri\* panem et vinum, benedixit et dedit eis, monuitque ut sobrie et juste viverent et fideliter expectarent in Christo se prolem habituros. Factum est ergo ut vir ille suam uxorem cognosceret, quae concepit, et desideratam sobolem peperit viro suo; cui per orationem Sancti Bertrandi recessit\* ingrata sterilitas, et\* advenit jucunda foecunditas.

19 In quadam villa in hospitio suo juxta fluvium, quem Nestam / incolae nominant, praecipit cuidam piscatori, ut juxta numerum, quem, [sibi praesignavit, pisces in flumine caperet: juxta numerum, quem\*] audierat, sine mora pisces piscator de aquis extraxit et licet labori diutius incubuisset, ut plures et alios caperet, non tamen\* nisi sicut sanctus episcopus dixerat, in captura

piscium voluit aquiescere fluvius piscatori. Hoc etiam vir Dei miraculum fecit semel, iterum et tertio in eadem domo, et juxta propositum numerum nec minus nec amplius sequebatur captura piscium; sed vice ultima praecipit piscatori vir liberalitatis magnificus, ut multitudinem caperet piscium copiosam. Ad fluvium velociter currit piscator, jam fidem securam accipiens ex\* consuetudine\*, utpote qui ex mandato episcopi in captura piscium saepius ipse miraculorum insperaxerat gratiam. De latebris gurgitum currunt celeriter pisces ad hamum, et festinantius\* multitudine piscium onustus piscator redit ad domum, ubi erat vir Dei plenus elemosinis et bonis operibus; et qui hoc viderunt, admirati sunt valde.

20 In villa quadam invitavit quidam homo sanctum episcopum, ut manducaret cum illo; et paratis dapibus, fecit illum discumbere sub arbore, quam nucem nuncupant. Postquam exempta est fames epulis\*, mensaeque remotae, qui paraverat convivium, dixit: Rogo te, pater, ut, post\* benedictionem nostram\*, benedicas et\* arborem istam sub qua discubisti. Mox arborem benedixit episcopus, eamque virtutis gratiam in se recepit, postmodum ut nulla sterilitatis species sibi auferat annuatim\* fructus\* sui ubertatem jucundam. Accidit plerumque, ut arbores sui generis\*, circumquaque positae, ex\* intemperie aeris, quos pariunt fructus amittant; sed haec sola nuces conservans\*, et nulla epidemia aeris repentinave immutatione perdens pulchritudinem gloriae suae, laetatur praeter ceteris mater foecunda tempore debito, sterilitatis ignara.

21 Sicut est consuetudo, mulieres purgabant agros reseccantes falcibus noxias herbas, ut seges liberius cresceret\* et creditor\* seminum copiosius messem colligeret. Dum huic labori mulieres instarent, pertranseuntem vident episcopum de more benedicientem eis, et dicunt ei: Audi, domine, voces ancillarum tuarum, herba pessima, quae dicitur lolium, his\* in locis consuevit excrescere\*, et multitudine sua suffocat segetes, non permittit agros fructificare, nec semina credita reddere; unde sanctitas tua benedicit agros istos, ut maledictione puniat hanc noxiam herbam, ut ab agris recedat sterilitas, et tuis meritis de caetero segetum non ingrata sequatur ubertas. Supranominatam herbam confestim maledixit episcopus; et ulterius nullo tempore in illorum agrorum cultura illius herbae noxia pestis apparuit. Magna nimirum et mirabilis fides episcopi, cujus virtutem sentiunt aquae, arbores, agri: aquae siquidem virtutem ejus noverunt, cum licet frigidae essent, per orationem tamen episcopi in manu trahentis lapidem temere manifestae adustionis reliquerunt vestigia. Alibi etiam\* flumina\* intellexerunt virtutem ejus, cum tot sibi pisces miserunt, quot ipse jusserat\*; saltus et nemora virtutem ejus senserunt, cum vix extensis\* laqueis ad ipsum venationem sine mora miserunt; ejus virtutem arbor agnovit, cum post benedictionem episcopi congruo tempore extitit sterilitatis ignara; pulchritudo quoque agrorum virtutem episcopi praedicat\*, cujus gratia ab eisdem recessit herbarum malitia et provenit ubertas jucunda.

22 Sicut consuetudo ejus erat, in quo virtus largitatis florebat summopere, multi\* comitabantur eum; et die quadam, cum esset multa inopia vini, dixit cellario\* suo: Ad visitandas nostras volo exire parochias; et si potes esculentum et poculentum nobis ministra. Cui respondit cellarius: Domine, vinum non habemus. Et ait episcopus: Si habes vinum, et\* contra conscientiam

D

\* et M.  
\* certitudinem M.

\* festinanti M.

arborem sterilem foecundam reddidit,

\* epulae M.

\* per M.  
\* vestram omittit M.  
\* omittit M.  
E\* annum M.  
\* emittit M.  
\* germinis M.  
\* et M.

\* conserva-bat M.

lolia exterminat,

\* excresceret M.  
\* creditorum M.\* hactenus M.  
\* crescere M.

F

\* et M.  
\* fluvia M.\* petierat M.  
\* extensis M.

\* in addit M.

frustra de vini copia celatur,  
\* multi summopere M.  
\* cellario ubique M.

\* omittit M.

tiam

- A tiam tuam loqueris, iudicet Dominus, et ostendat. De monte igitur descendit episcopus, et discubuit inferius in domibus constitutis, juxta ecclesiam Sancti Justi *g*. Interea vero factum est ultione divina, ut vinum, quod negarat cellarius, ad pavimentum ecclesiae repente prorumperet; et fuscum est vinum, tanquam cupiens sequi vocem episcopi, et \* obstupuerunt omnes, qui viderunt, et admirati sunt plurimum, et magnus timor apprehendit cellarium, qui fuerat locutus mendacium. In quo facto sane intelligentes recte possunt colligere, quod scriptum est ab amatoribus Christianae philosophiae: Quoniam res temporales, usibus humanis commode \* cum dantur, nite-scut; cum retinentur, vilescunt.
- 23 Tempore quodam, quo \* vinum vix poterat inveniri in partibus illis, in una de vallibus suis ingressus hospitium, consideravit viri et uxoris ejus sollicitudinem, quam habebant circa frequens ministerium, et ait illis: Sollicitos vos esse conspicio. Qui dicunt ei: Inter angustias et pressuras coarctantur viscera nostra, quia vinum non habemus, nisi valde modicum, quod adjacet feci in fundo dolii; et jam exinde non potest extrahi, quod sine turbine possit assumi. Tunc sanctus episcopus dedit se orationi, et aquam benedictam super \* dolium aspersit \*, et benedixit vas fere vacuum; dextera Domini fecit virtutem, qui fecit in nuptiis in Cana Galilaeae vinum ex aqua, et implevit hydrias \* vino, implevit et dolium vino per orationem sancti viri: nam utique in eadem hora coepit vinum exrescere, et cum tanta inundantia ad summum copia venit, ut non solum exinde vas repleretur, sed etiam \* inundaret exterius unda vini uberrima; et omnes videntes hoc intellexerunt mirabilem virtutem Dei esse in Confessore Christi, et laetati sunt convivae, magnificantes Dominum. Hoc quippe miraculum aliquid similitudinis habet cum illo, quod scribit beatus Papa Gregorius, cum loquitur de Sancto Benedicto, patre monachorum et duce, et denuntiat *h* per ejus merita oleum crevisse in dolio et replevisse ad summum. Vir Dei Benedictus operibus misericordiae totus exuberabat, et ideo per merita fidei suae oleum manabat \* de dolio. Sanctus quoque Bertrandus, largitatis discipulus et omnium operum misericordiae ardentissimus amator, illud per merita fidei et orationis obtinuit a Domino, ut vinum redundaret in dolio, cujus mater vitis terrena non fuerat, quod \* nesciebat et vinea \*, quod \* torcular nullum expresserat; sed per fidem sancti episcopi dolio vinum intrudit coelestis gratiae virtus, miraculis omnium bonorum \* fons \* indeficiens qui de se ipso in evangelio dicit: Ego sum vitis vera. De vite vera vinum descendit in dolium; quod aperte indicavit sanctum sacerdotem potentem virtute signorum. Qui convertit petram in stagna aquarum et rupem in fontes aquarum sub duce patriarcha Moysae filiorum Israel \*, voluit nimirum et istum decorare episcopum virtute miraculorum, et per ejus orationem vinum excrevit novum, non tempore vindemiarum collectum \*, sed virtute creatum Altissimi. Adhuc loquimur \* in similitudine: sicut olim Helias, ille propheta signipotens, praebuit mulieri farinae incrementum, et augmentum olei; ita quoque data est a Domino virtus episcopo, ut vinum, quod erat in modica quantitate in fundo residuum \*, per fidem ejus cresceret in immensum, et laetati sunt convivae, et bibentes de vino \* exultaverunt pro eo, quod Dominus mirificaverat \* Sanctum suum.
- 24 Sacerdos quidem a sancto multotiens correptus episcopo, quod infamia foedaretur continentiae, tanquam incorrigibilis et contumax nolebat a culpa recedere; sed deterius studebat contra mandatum episcopi in libidinis furorem prorumpere; denique post multas dehortationes cum vidisset sanctus episcopus rogando et orando \* se nihil proficere; die quadam cum pertransiret \* ante domum sacerdotis, maledixit domui, tanquam prostibulo; et ecce virtus divina, missa repente de caelo, domum percussit ab omni angulo, et licet multo et lapideo esset firmata robore, tamen cum ingenti praecipitatione corruit tota domus. Sic igitur per virtutem sancti viri percussit Dominus domum sacerdotis, ut saltem tali injecta formidine addiceret \* veri \* mandatum episcopi et votum \* castitatis \* amare. Huic nempe miraculo illud occurrit consimile, quod beatus Papa Gregorius scribit in Vita Sancti Benedicti, spiritu omnium justorum pleni *i*, ubi denuntiat \* malitiam sacerdotis cujusdam, qui amator libidinis et bonis gravatus alterius, tanquam invidus et inimicus Dei, mulieres compellebat saltare *s* eo in loco unde possent Beati \* Benedicti conturbare religionem: sed Sanctus \* Benedictus ab eo loco transivit ad alterum, et domus sacerdotis corruit usque ad fundamentum: temporibus Beati \* Benedicti invidia \* domus destruitur, temporibus Sancti Bertrandi incontinentia domus sacerdotis percutitur.
- 25 Homo quidam, alienae possessionis avidus, firmabat columnam, cupiens aedificare domum in cimiterio Sancti Gaudentii *k*; nuntiatum est episcopo, quoniam \* homo ille locum sanctum, ecclesiastica auctoritate officio sepulturae constitutum in suum praesumebat transferre dominium. Amator igitur libertatis, sanctus episcopus venit ad hominem et increpavit eum dicens: Ut quid occupasti \* terram, quam tui juris non esse cognoscis? Locus iste sanctus est, in quo domum aedificare desideras, et debitum sepulturae. Morientium non viventium debent hic domus aedificari, et tu locum terribilem \* et liberum contra humana et divina jura ad perniciem bonorum tuorum et detrimentum animae tuae tuis usibus vindicare praesumis: iniquitatis haec opera sunt, nec jure hereditario possidenda; fuge hinc et inceptam relinque malitiam. Sed temerarius homo consilium episcopi salubre contempsit, et ejusdem praecipitis obtemperare renuit, et magis ac magis operi illicito insistere coepit. Tunc zelo rectitudinis ductus episcopus non distulit exercere gladium canonicae ultionis et hominem ferire censura canonica. Quid plura? filius iniquitatis et diffidentiae, inmodatus vinculo excommunicationis, traditus est Satanae in interitum carnis; et statim per merita sancti episcopi invitatus mutavit propositum, cadens in languorem perpetuum infelix, quoniam \* episcopo credere noluit, lecto accubuit et nunquam ultra convaluit; et timor apprehendit omnes, qui hoc viderunt, et glorificabant Deum, qui talem dederat illis episcopum.
- 26 Vir quidam *l* in praesentia sancti pontificis accusabat uxorem suam de crimine adulterii; uxor ejus profana, praecipua et temeraria, dolosis labiis culpam celare cupiens accessit ad genua sacerdotis, extendens manum et dicens: Juro me per hunc Sanctum non perpetrasse adulterium. Et ecce in eadem hora manus extensa facta est arida, et nunquam ulterius liberata; et \* percussa manus commissum narravit adulterium, quod fraudulententer occultaverat linguae officium. Mulier haec celavit delictum et sensit flagitium; quae, si confessa fuisset culpam, meruisset veniam: sicut mulier

AUCTORE  
VITALI  
impudici  
domum ma-  
ledictione  
sua destruit,

\* hortando  
M.  
\* pertransi-  
set M.

\* adjiceret  
M.  
\* revereri?  
\* notum M.  
\* castis M.

*i*  
\* denuntians  
M.

\* psallere M.  
\* omittit M.  
\* omittit M.  
E

\* sancti M.  
\* invidiae M.

Deumque  
sibi faventem  
habet,  
cum ne in  
cimiterio  
aedificetur  
prohibet,  
k  
\* quod M.

\* occupas M.

\* tribulationum  
M.

F

\* qui M.

et cum per  
eum jurat  
mulier, ut se  
adulterii cri-  
mine liberet.  
l

\* est M.

mulier

AUCTORE  
VITALI.  
\* omittit M.  
\* addit que  
M.

\* occurrit M.  
\* occulari  
M.

\* certitudi-  
nem M.  
\* Sancti M.

mulier illa \* euangelica \* non erubuit coram convivantibus venire ad pedes Jesu, quantis gemitibus uberrimo lacrymarum fonte perfundi, osculari pedes Domini, lacrymisque rigare et tergere capillis, donec a fonte misericordiae verbum bonum audiret discurrere: Quia dilexit multum, dimissa sunt ei peccata multa. Hæc non imitatrix illius, noluit verum fateri, et non erubuit esse dolosa testis mendacii, quam conscientia deturpabat, actio accusabat; unde propter mendacium incurrit \* flagellum, debita sceleri \* noxia pœna. Vitandum mendacium, sicut legitur in propheta: Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, et iuramentum mendax ne diligatis. Multas et alias virtutes et signa in præsentī vita fecit dictus episcopus, quæ non sunt scripta in libro hoc; sed hæc scripsimus, transcurrendo sub brevitate, recipientes rectitudinem \* facti \* ad decus Ecclesiæ, et sancti episcopi religionem, et gloriam Domini revelandam, qui est mirabilis in Sanctis suis.

B

## ANNOTATA.

a Hunc textum retinendum esse ostendimus in Commentario prævio num. 10 et sequentibus.

b Sunt quidem in Occitania plures ecclesiæ, quæ S. Justo patrono gaudent; dubium tamen non est, quin hæc S. Justi basilica eadem sit, quam in tabulis topographicis Cassini omnino juxta Convenas seu oppidum S. Bertrandi ex parte Vallis Caprariz signatam video. Cæterum vide num. 61 Commentarii prævii.

c Videtur id prodigium exhiberi in una ex tabulis pictis, quæ S. Bertrandi mausoleum condecorant; (confer num. 104 Commentarii prævii); sed male illic tribuitur matri filii sui negotio: pater pingendus erat.

d Martenius ad hunc locum remittit lectorem ad librum VII cap. VII operis sui de Antiquis Ecclesiæ Ritibus; at nihil ibi, quod ritibus hic a Vitali recensitis simile sit, reperire est: explicantur quidem illic ritus usitati in judiciis per aquam frigidam et per aquam calidam; verum utraque alio fiebant modo, quam quem hic legimus. In iudicio enim per aquam frigidam demittebatur totus homo, funibus ligatus, in lacum magnum satis; quod si mergeretur, seu, ut loquebantur, aqua eum reciperet, causam vincebat suam; sin autem supernaret, damnabatur. Cum autem quis iudicium aquæ calidæ subiret, manu in aheneum fervens demissa, extraherebat lapidem, vel annulum, vel plumbi laminam, etc.; dein palma involucrio circumdabatur, et appositum iudicis sigillum tertio die frangebatur: quod si tum intacta reperiretur manus, absolvebatur reus; secus criminis convictus habebatur. Hic vero alius omnino servatus fuit ritus: accusatus scilicet ex aqua frigida lapidem extraxit, et continuo sensit dirrissimam combustionem: quod experimenti genus non tantum, ut dixi, apud Martenium non reperi, verum etiam neque apud Cangium in Glossario, neque apud Muratori, qui doctissimum quoque de iudiciis Dei Commentarium texuit (a). Unde, cum verisimile non sit modum specialem fuisse Ecclesiæ Convenensi in adimplendo iudicio Dei, verisimile est hic nullos publicos, sed privatos, tantum ritus et pro tempore fors excogitatos, a S. Bertrando adhibitos fuisse. Satis notum est iudicia Dei vetita esse, utpote Dei tentationem (b); sed cum hæc bona fide fierent, sæpius dignatus est Deus miraculose per hanc viam indicare veritatem.

(a) Antiquit. Ital. med. ævi, t. III col. 612 et seqq. — (b) C. iii de purg. vulg. v. 35. — (c) Acta SS. T. III Martii, p.

e Videtur esse Villa Nova de Lecussan, quatuor fere leucis septentrionem versus a Conventis distans. (Dép. Haute-Garonne, arrond. St-Gaudens.)

f Duo sunt hujus nominis rivi, Neste d'Aure et Neste de Louron vulgo dicti, qui prope Arreau conflunt et sesquileuca fere ad septentrionem Conventarum undas suas Garumnæ immittunt.

g Vide annotatum b ad hoc caput.

h Confer Vitam S. Benedicti in Actis Sanctorum ad diem XXI Martii (c).

i Vide eandem ibidem Vitam (d).

k Oppidum S. Gaudentii duabus leucis a Conventis distat: patria est S. Raimundi, fundatoris Militiæ de Calatrava in Hispania.

l In tabula picta, mausoleo S. Bertrandi appensa, exhibetur hoc miraculum. Confer supra num. 104 Commentarii prævii.

D

## CAPUT III. Miracula S. Bertrandi post mortem.

Post transitum \* sancti viri, de quibus dicendum est secundum moderationem, quæ est prope omnium rerum pulcherrima, quæ ne \* ipsos \* quidem quos damnat offendit, et quos damnavit dignos solet facere solutione; unde, etsi non pauca, quæ ad cohortationem \* beate \* vivendi proficiant, scripta sunt \* superius \*, tamen, cum adjici possint quam plura, ne velut semesas \* verborum nostrorum epulas reliquisse videamur, inceptum prosequamur convivium. Quædam igitur miracula ex multis, quæ operatus est post \* cursum vitæ præsentis, curavimus posteritati relinquere; nam singula nulla ratione possemus. Hæc ergo \* quæ accepimus ex vera quorundam relatione, quorum non est præsumptio aliquo levi favore vera falsis miscere, volumus \* in scriptum \* redigere. Accidit itaque temporibus illis, quibus Sanctus Bertrandus ad Christum migraverat, ut quidam vir, notus et familiaris ejus, nomine Bertrandus, caperetur a quodam; et clausus est in fundo turris et astrictus in miseris vinculis catenarum; erat in tenebroso carcere, quod grave nimium expertis \* est tædium; arcebatur catenis, quod est valde molestum; denique fame et siti cruciatus, pediculus factus est pabulum, quorum multitudo incessanter scaturiens, omnia membra tenebat; undique longa circumdatus erat catena, prædictæ miseræ urgentibus continuo stimulis, expediti mundariæ non poterat; dies sine quiete, in nocte palpebræ ejus non inveniebant dormitionem, et si quis esset somnus, laboriosus erat; clamabat infelix lugebat, dolebat; quid faciat, quo se vertat, ignorat; jam de vita desperat, et mortem desiderat. Denique ineffabilis clementia Christi mentem miseri hominis illustrat, excitat captivum animum, vocat in auxilium Sanctum Bertrandum; molebat utique divina gratia, ut virtus sancti episcopi consenesceret non \* tantum \*, sed ejusdem amplius fama claresceret. Factum est igitur, ut toto corde invocaret in adiutorium Sanctum Bertrandum, dicens: Pie pater, credo te ad Christum migrasse feliciter; adjuva me, et ab hac pediculus funesta rabie me propitius libera. Audite sunt preces ejus; et statim tamquam sensisset \* jubentis imperium, tota illa prænominata miseria in terram cecidit. Mundatus est miser a tota contagione per virtutem Sancti Bertrandi, et jam de tanto patrono securus instat ferventius ora-

S. Bertrandus post mortem captivorum calamitatem levat.

E

\* vero addit M.  
\* nos M.  
\* reprobos M.

\* coarctationem M.  
\* bene M.  
\* sint M.  
\* serius M.  
\* semessas M.

\* per M.  
\* igitur M.

\* volumus M.  
\* scriptis M.

\* captis M.

F

\* omittit M.  
\* omittit M.

\* stetit M.

285. — (d) Ibid., p. 280.

tioni

A tioni, rogat plorat, supplicat, ut a vinculis ipsum eripiat, cum lacrymis, singultibus, crebrisque suspiriis iterat preces uberius; et cum hæc fierent, divina miserante clementia, venit sanctus Episcopus, quem in luce \* præsentem dilexerat, visitat amicum in carcere, vincula rumpit, liberat captivum, extrahit de turre illius loci, qui dicitur Castellum Forte *a*; quid postea \*? Qui captivus fuerat tulit secum \* catenam *b*, quam suspendit ante gloriosum sepulcrum Sancti Confessoris ad laudem et gloriam Jesu Christi.

28 Fama sancti episcopi longe lateque volante, miles quidam, nomine Petrus, cepit manu violenta hominem, quem multis nexibus et firmis cum omni sollicitudine ligavit ad lignum, et velut insultando in verbum veritatis, cepit erumpere dicens: Nunc exerceat vires, quas potest, Sanctus Bertrandus, qui consuevit nonnullos a pœna captivitatis exsolvere; et si potest, tibi condoleat, et \* vincula, quibus adstrictus teneris, dissolvat, et tibi libertatem restituat. Dolet ligatus, gemit, suspirat, ante virtutem sancti pontificis vocem prosternit interni doloris: mira res! mox beneficium sensit captivus, quo sanctus episcopus perplexos admodum nodos vinculorum repente confregit, captivum fecit illæsum abire, quem tyrannica manu præsumperat \* nimia crudelitate vincire; venit igitur ante sepulcrum sancti episcopi, et post gratiarum actionem, miraculum, quod evererat, circumstantibus indicabat, et dicebat populis \*: Mirabilis Sanctus iste, qui et militem insultantem confudit, et vinculis innodatum potenter absolvit.

29 Dum \* igitur opera sancta clarescerent, quidam nomine Arnaldus tenebatur in vinculis, in castro, quod Campanum *c* nuncupatur; cepit tacita mente revolvere, quomodo exinde posset exire; plura excogitat, meditat attentius, et oportunitatem fugæ \* non reperit; profundit \* lacrymas, trahit suspiria, clamat de profundis, orat cum lacrymis, vocat in auxilium Sanctum Bertrandum et ecce pius Confessor Christi dolenti compatitur, accedit ad miserum, vincula rumpit, solvit compeditum, et qui captivus extiterat, venit ad sepulcrum sancti episcopi agens gratias et suspendens catenas. Ego quoque indignus servus Christi et Auxitanæ Ecclesiæ clericus, qui hoc opus scribendi \* accepi ex mandato \* domini Vilemi *d*, archiepiscopi prælibatæ sedis, et sanctitatem et miracula Beati \* Bertrandi, tempore schismaticorum, quibus sacrosancta Romana Ecclesia multarum turbine procellarum fluctuabat, significavi Alexandro, summo Pontifici, viro catholico, in palatio Lateranensi in præsentia venerabilium Cardinalium, memoriter teneo, me vidisse in pueritia \* mea juvenem quemdam cum vinculis ferreis, referentem \* se captum fuisse, et in illis vinculis positum et liberatum per merita \* Sancti Bertrandi; juvenem prædictum vidi ego, dum \* commorarer in pascuis cum quibusdam, quorum cura erat armenta regere, quibus mater mea commiserat, ut cum eis pergerem sub voto peregrinationis ad sepulcrum Sancti \* Bertrandi, cujus patrochio prædicta genitrix mea me commendarat attentius; solebat et ipsa hunc locum frequentare diligentius, et ut ego essem suæ devotionis imitator, ardentius commovere \*; veni ergo cum prædictis ad venerandum tumulum sancti pontificis, venit in comitatu nostro prædictus captivus; et ingressus ecclesiam, post gratiarum actionem suspendit vincula ferrea, inter cætera, quæ habebantur ibidem, ad laudem Do-

mini nostri Jesu Christi et gloriam, qui est mirabilis in Sanctis suis.

30 Mulier quædam, nomine Maria, destituta membrorum officio, affixis postremæ parti calcaneis, gravi et longo detinebatur oppressa languore; sed cum jam diutius lecto accubisset, parentum et amicorum suorum cura cessavit. Vertebatur in tædium; non erat qui beneficeret, qui vultu pietatis ad eam respiceret: nam longa infirmitas vix fidelem amicum inveniet. Quid ergo? misera mulier mortificatis membris vivit in corpore, jam semimortua vivit; et mortem desiderat, optat mortem, nec mori potest; protrahit \* longas impia vita moras, gemit in die, torquetur in nocte; et ut liceat mihi assumere verba Ambrosiana *e*: Sicut aqua stativa vermes generans, omnino contemnitur misera mulier. Denique unum superest \* solatium, miserum tamen sed necessarium, ut ejiciatur a domo tamquam cadaver mortuum, excludatur exterius, non habeat solatium, patiatur exilium: sic accidit, expellitur a domo, velut corpus exanime; collocatur in quodam vehiculo, in angusta domo constituta; plura loca perlustrat; relevatur utcumque sua calamitas largitione eleemosinarum, quas porrigit sibi fidelium pia devotio; non ipsa, sed domus ejus currit velociter \* trahentium manibus; diversas circuit villas; diversa requirit hospitia; quo potest modo, vitam ducit miseram, afficitur tædio, cruciatur supplicio. Inter hæc audit celeberrimam famam miraculorum Sancti Bertrandi; currit ad montem, fideliter \* implorat divinum auxilium, tota cordis contritione rogat Christi clementiam, ut per merita Beati Bertrandi sanitatem sibi restituat; sed misericors et miserator Dominus, respiciens in orationem humilium, et non spernens preces eorum, lacrymas mulieris posuit in conspectu suo. Venit ergo sanctus episcopus ad mulierem, membra contracta ad directam revocat compositionem, vires infundit, erigit contractam, sustentationis baculum porrigit, viam ostendit. Mulier repente, tanto \* attonita gaudio, de carcere progreditur, prosilit ad terram, ad sepulcrum sancti viri festinanter accelerat, virtutem Sancti denunciat, osculatur sepulcrum, visitat frequentius, currit ad gentes, divulgat miracula; populus exultat \*, miratur plurimum de tanta virtute, et cum baculum sibi oblatum prædicta mulier perderet, mox destituebatur viribus corporis \* et efficiebatur contracta. Mira res! baculum reddebat sibi sanctus episcopus; quo accepto, fiebat incolumis, surgebat e vestigio et exercebat officia sua.

31 Quidam vero furatus est sibi baculum; et ingressus Hispaniam, virtutem prædicabat tanti miraculi, populis indicabat baculum; cui pro respectu sancti episcopi multam exhibebant reverentiam; et exinde ille maleficus \* multas oblationes recepit: ille præ \* Incro gaudebat, sed mulier lugebat, et ante sepulcrum contracta jacebat. Denique post multas lacrymas atque suspiria patronus ejus sibi baculum reddit, multis astantibus in ecclesia, qui sub voto peregrinationis advenerant; solito mulier surrexit velociter \*, circumstantes mirantur, et reddunt laudem Deo commendantes virtutem sancti episcopi. Recuperavit mulier baculum, et incessum habuit liberum; non tamen virtus in baculo, sed in sancto episcopo. Mulier hæc multis temporibus tanta \* divulgavit miracula in locis plerisque; et diem claudens extremum, jacet sepulta juxta basilicam Genitricis Dei, in qua quiescit corpus sancti pontificis.

AUCTORE  
VITALI.

S. Bertrandus mulierem contractam sanat, et ei baculum dat,

\* pertrahit  
M.

*e*

\* semper est  
M.

E

\* velocius  
M.

\* feliciter M.

\* omittit M.

\* exaltat M.

F

\* omittit M.

cujus virtus  
explicatur;

\* baculus M.  
\* pro M.

\* velocius M.

\* ista M.

AUCTORE  
VITALI.  
\* quia M.

obsessam a  
dæmone libe-  
rat.  
\* et de villa  
M.

f  
\* dentibus  
M.  
\* intimis M.  
\* esset M.

\* patrocini-  
um, sancto  
episcopo M.

## B

mula loque-  
lam resti-  
tuit,  
\* omittit M.

\* lingue M.

## C

cæco et sur-  
do visum et  
auditum,  
\* omittit M.

\* revolveba-  
tur M.  
\* qui M.

\* omittit M.

\* omittit M.  
\* labore M.  
\* lucis M.  
\* et cordis  
compunctio  
M.  
\* omittit M.

\* aufert M.  
\* audit M.

tribus pueris  
captivis li-  
bertatem,  
\* misit M.

tificis. Pareat mihi auditor, si proluxa sibi videatur præsens narratio, quod \* iudicio nostro tam præclara virtus miraculi non in discursu debet paginæ commendari.

32 Mulier quædam, indigena de valle \*, quæ vocatur Aram f, erat obsessa a dæmone; vexabatur ab immundo spiritu, incutiebatur terrore videntibus \*, erat vicinis \* et notis abominatio, confusio et abjectio hominum; parentes et amici exhorrebant quam plurimum, et consortium suum vitare cupientes, negligebant eam, quoniam facta erat \* vas contumeliæ et habitatio tenebrarum. Mulier igitur, considerans in tantum se adductam contemptum, et opprobrio tanto expositam, de domo simul et valle egreditur; venit ad cathedralem ecclesiam Convenarum; ubi, quantum poterat, vigiliis et orationibus diligenter instabat, et ante venerabile sepulcrum Sancti Bertrandi jacebat, suspirabat, patrocinio sancti episcopi \* sese commendans attentius. Factum est ergo die quadam in præsentia multorum, ut obsessam dæmonium vexaret acrius; et, sentiens adesse virtutem sancti episcopi, fugeret ab obsessa: liberata est ergo mulier a dæmonio, et ab eo tempore illius furoris in ea non apparuerunt vestigia, et egit gratias Deo et Sancto Bertrando, et omnes qui viderunt simul cum ea.

33 Quædam mulier, exigente morbi natura, perdidit linguæ officium; torquebatur secum tacita mente quid ageret, et \* quod cogitationum turbineolvebat. verbis expedire non poterat, quia muta erat. Grande quippe solatium est, cum quis suas \*, quas patitur, sollicitudines amicis suis indicat sermonum officio; et per contrarium maxima est tristitia, loqui saltem non posse necessaria et non habere virtutem sermonis, qui sumopere consistit laudabilis et necessarius, si recta intelligentia et definita moderatione animi gubernetur. Mulier igitur ista, non inveniens consilium reserandi claustrum oris, cogitavit in mente, ut a sancto pontifice postularet præsidium: venit ante sepulcrum ejus; lingua tacet, corde clamat, et post multas vigilias et longa, quæ ab imis trahebat, suspiria, exaudita sunt preces ejus, et loquebatur, benedicens Dominum et sanctum pontificem, per cujus meritum recuperaverat loquendi \* officium.

34 Crebrescente fama sancti pontificis, quidam homo cæcus et surdus cum quodam \* filio suo et filia, sibi ministrantibus, inter cæteras populorum catervas, ivit ad sepulcrum piissimi patris, imploraturus auxilium. In multas lacrymas et alta volvebatur \* suspiria miser iste, quoniam \* et auditum amiserat et in tenebris permanebat. Hic igitur instat ferventius orationi, fundit fletus, querelas emittit, quas ipse proferens non audiebat, sed \* in cordis visceribus singula, quæ loquebatur, cum sollicitudine vehementi versabat. Denique cum, inde \* fatigata mentis constantia, labor \* postulandi luminis \* et auditus non fit in vacuum \* cordis \* exerescit \* compunctio, devotio integritatis augetur, incrementum suscipit fides, de cælesti sede properat medicus, confert operi laboranti sanctus episcopus, citius dicto ab auribus removetur obstaculum, velamen aufertur \* ab oculis; quid multa? Et surdus audivit \* et illuminatus est cæcus.

35 Miles quidam cepit tres pueros et trusit \* eos in turri; qui vexati diutius clamaverunt ad Dominum, et exaudivit eos, et invocabant creberrime Sanctum Bertrandum in præsidio; et Dominus ac Salvator noster, qui est juxta omnes,

qui tribulato sunt corde et salvat humiles spiritu, preces puerorum audivit; et qui illos \* tres pueros de fornace liberavit, qui erant in Babilonia, eripuit hos tres pueros de carcere, misitque eis Sanctum Bertrandum, qui in virtute Christi Jesu liberavit eos de carcere, et eduxit eos de tenebris et umbra mortis, et vincula eorum dirupit.

36 Miles erat diocesanus, et longa detentus ægritudine tantum passus est in ventre tumorem, ut asquiten g vel timpaniten incurrisse crederetur; et erat vita sua tam sibi [quam amicis multo oneri;] \* denique coepit clamare ardentissimo desiderio ad Dominum, ut sanaret illum per merita Sancti Bertrandi; et ecce quadam nocte cum omnes amici sui desperarent de vita ejus, ipse in thalamo, ubi jacebat \*, præ \* nimia angustia de lecto prorepsit \* ad humum et super faciem terræ tamquam mortuus jacuit; sed lingua mentis, qua \* poterat, clamabat ad Dominum, et Sanctum Bertrandum. Et inter mortis \* angustias venit medicina de cælo; et liquor, qui ventrem extenderat, et in modum timpani lucidum fecerat, liberos meatus invenit et admixtus urinæ per virgam, sicut erat immoderatus \*, immoderate prorupit, et velut gurgitem aquarum multarum in terra reliquit, et curatus est omnino. Sequenti die, qui viderunt, mirati sunt valde; et ipse tempore congruo, resumptis viribus, representavit se ante sepulcrum Sancti Bertrandi, pro salute recepta grates exsolvens uberius in gratia Jesu Christi Domini nostri \*.

37 Cum igitur tantorum fama miraculorum longe posita etiam \* illustraret provincias, quidam sacerdos de terra Bearnensium ad illius infirmitatis pervenit incommodum, ut oculi ejus obducerentur caligine, et lumen amitteret: contabescit anima ejus in amaritudine amarissima, quia sibi negatur facultas solita exercendi negotia. Accepit itaque multorum relatione, quoniam Sanctus Bertrandus multis infirmis præstaret \* solatia; urget infirmitas, movet \* necessitas, ut quærat remedium: implorat auxilium, venit ergo ad desideratum sepulcrum sancti episcopi \*, instat cum omni diligentia vigiliis, hymnis, et orationibus: dulcem quoque et divinam psalmodiarum harmoniam mente pervigili \* et meditatione laudabili psallere studebat propensius, hortabatur clericos ecclesiæ cum multa supplicatione, ut ipsum juvarent orationibus, et obtinerent \* orando, ut perditum \* lumen per merita sancti pontificis recuperaret \*. Tunc obtulit sacrum textum Euangeliorum super altare Virginis Mariæ, quem fecerat scribi de sumptibus propriis; factum est igitur ut visum reciperet, et egit gratias Deo, et cum magno gaudio regressus est ad nobilem Bearnensium patriam; qui, accepto miraculo tanto, dederunt laudem Deo.

38 Illud præterea insigne miraculum neglectæ vetustatis non debet caligine obduci, quod totius excedit \* fines provinciarum, Burgundiam, Lotharingiam penetrat, Theuthonicas nationes ingreditur. Accidit igitur, ut quidam Theuthonicus ad limina Sancti Jacobi h pergens, in via incurreret desipientiæ morbum; pervenit itaque cum sociis suis ad venerandum episcopi tumulum: orat, plorat, suspirat; mox ejus preces exaudivit \* episcopus, sensum reformat, renovat rationem, intellectum \* restituit, desipientiam tollit, furorem extinguit. Qui fuerat desipiens, permittit se tractari, non lacerat vestem, non stridet dentibus, non perstrepat \* vaniloquia, moderatur incessum, sensate loquitur, revocatur ad sensum, ad se rever-

D  
\* omittit M.

hydropico  
valetudi-  
nem,

\* multo  
onusta M.

\* quiescebat  
M.  
\* pro M.  
\* perrexit M.  
\* quantum  
M.  
\* mentis M.

\* omittit M.  
E

\* omittit M.  
sacerdoti  
cæco visum,  
\* omittit M.

\* procurat M.  
\* monet M.

\* Bertrandi  
M.

\* vigili M.

## F

\* obtinuerunt  
M.  
\* præditum  
M.  
\* et addit M.

stulto sanam  
mentem,

\* incedit M.

h

\* sanctus ad-  
dit M.

\* mentem M.

\* perstrepat  
M.

titur,

A titur, salutem plene recuperat, et benedixit Dominum, qui est benedictus in eternum.

39 Quidam, gravi detentus infirmitate, lecto accubuit: et cum diu aegrotasset, cepit aliquantulum convalescere; sed linguae manusque destitutus officio, se representavit ante gloriosum sepulchrum sancti episcopi, ubi se resolvit in gemitum cordis et lacrymas \* compunctionis; quo facto, et manus, quae ad os duci non poterat, plenam sanitatem recepit, et soluta sunt vincula linguae ejus.

40 Quidam captus tenebatur in vinculis, et qui eum per crudelitatem tyrannicam ceperat, nimis \* inhumane illum tractabat; cumque vidisset captivum multiplici se expositum calamitati, toto corde invocavit Dominum, ut per merita Sancti Bertrandi eum liberaret a captivitatis miseria. Prope nimirum est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate; factum est ergo ut visitaret Dominus miserum, et confestim misit ad illum sanctum episcopum, qui virtute miranda confregit vincula, liberavit captivum, et securum adduxit ante sepulchrum suum, cum gloria et honore Regis altissimi, qui est mirabilis in Sanctis suis.

41 Alio quoque tempore accidit in Francia sabbatho Penthecostes, facto jam vespere, quod quidam vir in tundendo \* pannum \* contractus et membrorum valetudine destitutus est ita mirabiliter, ut cum genu stomachus calcaneusque cum clune \*, et cum brachio pollex conglutinati sint \*. Cui, mox portato a sua matre ad Cantuariam in Anglia, Sanctus Thomas i, solidata ejus base tibiaque reformata, praecipit apparens: Vade hinc, et statim recede, quia non possum tibi plus satisfacere; est enim gloriosissimus Christi Confessor Sanctus \* Bertrandus in Vasconia prope Alpes Hispaniae; ad quem si abieris, totus sanaberis, et pristinam recuperabis incolumitatem. Hoc audito, vir et mater sua, illico discedentes, per stratam publicam, venerunt ad Sanctam Mariam de Rupe Amatoris k, deinde Tholosam, de Tholosa recto tramite usque ad urbem Sancti Bertrandi; ubi de nocte vigilando cum candelis suis ante sepulchrum ejus et suffragia implorando, vir cepit calescere, paulatimque resumpto naturali vigore ac calore, sanus et incolumis penitus est effectus.

42 Quadam vice factum est, quod Sancius Parra l de Oltia m cum exercitu suo totam terram circa urbem Convenarum deprædavit: in qua præda boves fuerunt Sancti Bertrandi; quos ut scivit captos sanctus episcopus, illic pergens, a Sancio Parra petiit boves, qui statim negavit se nullo modo redditurum boves vel quicquam de prædatione, nisi sibi redimeretur. Cui rursus sanctus episcopus dixit: Redde mihi, quia \* priusquam moriaris, retribuam tibi. Audito responso isto, Sancius Parra statim reddidit \* Sancto Bertrando boves, et sic pacifice ambo discesserunt n. Postea vero Sancto Bertrando jam ad Christum evocato, idem Sancius Parra, in Hispania bello captus a Sarracenis, in obscuro carcere miserabiliter jacebat, catenis onustus, debens in proximo abduci \* ultra mare cum multis aliis Christianis captivis; ad quem de nocte veniens Sanctus Bertrandus, lucidus et præclarus et totum carcerem illustrans, dixit: Surge, Sancius, et sta in pedibus. Qui respondens, ait: Quis es, Domine? Ego sum, inquit, Bertrandus episcopus, cui boves reddidisti, paratus sum retributionem tibi reddere modo \*, quam spondi. Ad cujus vocem, solutis nexibus ferreis, quibus

adstrictus et ligatus erat, surrexit protinus. Et sic ambo inde recedentes, fuerunt miraculose ad \* rupem de Squito o in Aspa p juxta Oltiam q lucescente aurora; ubi Sanctus Bertrandus rogans eum, quatenus ecclesiam, in qua corpus suum jacebat sepultum, honoraret et visitaret annuatim r, vale dicto \*, disparuit; atque Sancius Parra, postquam fuit cognitus, tota congregata vicinia, narravit, quomodo extractus \* erat de \* captivitate, et omnis populus dedit laudem Deo ac Sancto Bertrando.

AUCTORE  
VITALI.  
apud M.  
o p q

r  
\* valedicendo M.  
\* abstractus M.  
\* a M.

## ANNOTATA.

a Convenit id nomen pluribus locis; e quibus ille seligendus videtur, qui Convenis proprius adjacet. Æstimo itaque hic intelligi locum Castel-fort nuncupatum, situmque in agro Bigorritano, Convenis vicino. Vide de illo Occitaniae historiographos (a).

b Inter tabulas pictas, quibus S. Bertrandi mausoleum ornatur, una exhibet has captivorum grati animi significationes. Confer num. 104 Commentarii prævii.

c Campanum, gallice Campan, vicus est, ad fluvium Aturrum, marmoribus suis celebris, nomenque suum valli Campanæ communicans. (Dép<sup>t</sup> Hautes-Pyrénées, arr. de Bagnères.)

d De universo hoc loco vide Commentarii prævii num. 5 et sequentes, et num. 80.

e Cap. XII num. 52 libri de Nabuthe habet S. Ambrosius hæc verba (b): Aqua autem stativa cito vermes facit.

f Vallis Aran, in superiori agro Convenensi sita, comiti Convenensi subjacuit usque ad annum 1192; quo tempore per matrimonium dominium regum Hispanorum factum est. Vide Dictionaria d'Expilly, Baudrand et La Martinière ad verbum Aran.

g Asquites, Græcis ἀσκιτῆς ὑδροψῖς ille dicitur, cujus abdomen ad instar ἀσκού seu utris aqua pleni, inflatum est; tympanites vero, τυμπανίτης ὑδροψῖς, ille cujus venter tamquam τυμπανον distenditur.

h De peregrinationibus Compostellanis seu ad limina S. Jacobi, remotis jam temporibus a Theoticis, imprimis Frisionibus et Hollandis aliisque susceptis, egerunt decessores nostri ad diem xxv Julii, quo colitur S. Jacobus (c).

i Notus est satis ille Sanctus, qui anno 1170 martyrium obiit, et triennio post ab Alexandro III canonizatus fuit. Ejus cultus brevi in Galliam, ubi aliquamdiu profugus deperat, manavit: cujus rei specimen est sanitas, eo intercedente, anno 1179 Philippo, Ludovici regis Francorum filio, a Deo efflagitata. Supra num. 4 Commentarii prævii ex hoc loco collegimus partem miraculorum post annum 1170 conscriptam fuisse.

k S. Maria de Rupe Amatoris, gallice Rocamadour (départ du Lot), celeberrima abbatia et locus peregrinationis erat; cujus nomen alii ducebant a rupe S. Amatoris, alii a Rocogamoro, veteri hujus regionis loco. Plura de eo Dictionarium universale Franciæ, d'Expilly, La Martinière, Vaissette, Valesius, decessores nostri in Vita S. Amatoris ad xx Augusti, etc.

l Ut liquet ex explicatione tabularum pictarum, quibus S. Bertrandi, mausoleum ornatur, volunt nunc Convenenses hunc Sancium, comitem Bigorritanum fuisse. (Vide num. 104 Commentarii prævii.) Verum neque hic nobis licet Convenensium suffragari traditioni; cum inter comites Bigorritanos, quorum stemma accurate cognoscitur (d), nullus ad hæc tempora veniat Sancius, nedum Sancius Parra. Hic tamen, ut ex Vitali liquet, nobilissimi generis erat, et quidem vir dubium mihi est, quin ille San-

(a) Hist. du Languedoc, t. IV, 363. — (b) Oper. S. Ambrosii, t. II, p. 51. Edit. 1781. — (c) T. VI Julii, p. 32 et seqq. — (d) Art de vér. les dates, t. II, p. 268 et seqq.

A *cuius Parra pertineat ad domum Boni Par, qui circa medium, ut videtur, sæculum XI pollicitus est Sancio, Madiranensis monasterii conditori, se, relicta uzore et monachali veste assumpta, huius cœnobii gubernium assumpturum esse; sed, mortuo Sancio, uxorem retinuit et monasterium; cui moriens filium suum Gulielmum Par, licet laicum, præfecit. Atque hic abbatæ regimen, tamquam semipater, usque ad annum circiter 1115 tenuit, cum a Pontio, Bigorritano seu Tarbensi episcopo, et Centullo, comite Bigorritano, ob scelera sua expulsus fuit. Cæterum Bonus Par consanguineus erat Sancii, Madiranensis fundatoris; atque hic ante initam monasticam vitam totius Gasconiz consul erat, et fama, longe lateque discurrente, fruebatur. Neque plura de gente Par seu Parra cognovimus, quam hæc pauca, quæ desumpsimus ex Initiis Madiranensis monasterii in diœcesi Tarbensi, scriptis ab anonymo cœtaneo, integrisque a Martene (a), partim vero a prosecutoribus collectionis D. Bouquet editis (b).*

m *Situs castri de Olcia seu Oltia accurate inferius determinatur.*

n *Hæc in tabula, affixa mausoleo S. Bertrandi, picta sunt. Vide num. 104 Commentarii prævii.*

B *o Lastrade, ut vidimus supra num. 114, male statuit Sancium Barcinone repertum fuisse. Nomen vero gallicum huius rupis est Pene d'Esquit, estque finis montis, duas leucas longi, eminentibusque rupibus horridi. Ejus situs ex dicendis manifestior fiet.*

p *Vallem Aspam commode nobis describunt Benearnensis historicus, Petrus de Marca (c), et auctores Dictionarii universalis Franciæ. Secundum de Marca incipit hæc vallis ad locum Urdoz, cui*

D *vicina est rupes De Squito, de qua superius diximus; secundum hos vero duabus leucis longior est, adeoque inchoatur in finibus Galliæ a radicibus Montis Aspæ, seu a fontibus Gavi, vel Gabari Aspensis, qui eam totam perfluit: (Gavi autem seu Gabari nomine indignant Pyrenæorum accolæ rivus, fluviolos aut torrentes;) quorum scriptorum sententiæ omnino suffragatur Cassini, loca graphice depingens. Per totam hanc vallem, juxta Gavum Aspensem, strata est via, qua Oleronenses recta Hispaniam petunt, prius transeuntis juxta rupem De Scoto (Peñe d'Escot), ubi secundum de Marca vallis Aspensis desinit, dein juxta rupem et pontem De Squito; atque hic medium fere iter inter Oleronem et fines Hispaniæ institutum est.*

q *Olcia, seu Oltia, videtur idem esse ac præsens vicus Osse, semileuca circiter septemtrionem versus distans a rupe De Squito; quæ tamen ad dexteram Gavi Aspensis est, dum Osse ad sinistram jacet. Alius nullus vicinus locus scribitur modo, qui magis ad Oltia accedat. Cæterum totus hic tractus nunc capitur partitione, Inferioribus Pyrenæis nuncupatis. (Dép<sup>t</sup> Basses-Pyrénées, arr. d'Oleron, canton d'Accous).*

r *Diximus num. 102 Commentarii prævii, inde a Lastrade deduci festum Apparitionis S. Bertrandi. Hæc jam prelo premebantur, cum adepti sumus Proprium Congregationis Lateranensis, Viennæ anno 1741 excusum et novis auctum Officiis; quæ inter venit cum erroneis satis lectionibus Officium S. Bertrandi; unde cœnobis Canonico-rum Lateranensium totius saltem Germaniæ applicanda sunt, quæ num. 119 de Voraviensi monasterio diximus.*

(a) Thesaur. Anecd., t. III, col. 1203 et seqq. — (b) Rec. des histor. de France, t. XI, p. 115 et seqq. — (c) Hist. du Béarn, lib. iv, cap. 1.

## DE S. BERNERIO EREMITA

EBULI, IN DIÆCESI SALERNITANA, IN REGNO  
NEAPOLITANO.

C

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

F

Quo die S. Bernerius colatur; ejus biographi; quid gesserit; an templum Ebulitanum construxerit; an cum alio confundendus sit; quo sæculo obierit; ejus cultus.

EXEUNTE  
SÆCULO XII.

Rationes hac  
die S. Bernerio dicentur

S Bernerii vitam, quantum cognita documenta sinunt, explicaturis, primum reddenda nobis est ratio, ob quam huic diei non alteri ejus adscribimus memoriam: quæ res nonnullis implicatur difficultatibus. Etenim in fronte Officii hujus Sancti ad usum terræ Ebuli Salernitanæ diœcesis in regno Neapolitano, anno 1604 Neapoli excuso, hæc leguntur: Celebratur xx Novembris; atque hæc ex ordinatione S. R. Congregationis, ut liquet ex his, quæ ad calcem reperiuntur, verbis: Festum S. Bernerii Confessoris in terra Ebuli Salernitanæ diœcesis fuit stabilitum a Congregatione sacrorum Rituum sub die supra dicta xviii Maji 1602, dum prosecretarius Congregationis se gerebat D. Alexander Gratianus, subscriptum vero et sigillo munitum ab illustrissimo D. cardinali Florentino tamquam præfecto Congregationis sub die xxvii Septembris ejusdem anni 1602. — Ita est, Jo: Paulus Mucantius

pro secret. Congregationis. — Originalis copia revisa, et subscripta ab illustrissimo Baronio est apud me secretarium prædictum. Verum, si quibusdam idoneis scriptoribus fidam, vel hoc decretum abolitum, seu mutatum sit oportet, vel non ab omnibus eodem die celebratur Sancti nostri festum. In Chronico scilicet generali Minorum et in eorumdem Diario Franciscus Lanovius, eo potius credendus quod Ebulense cœnobium ad Ordinem suum pertinebat, aperte S. Bernerii festum ad diem xvii Octobris refert. Insuper Ferrarius in suo Catalogo generali Sanctorum, ad eundem diem Octobris, sic celebrat S. Bernerium: Eboli in Picentibus, S. Bernerii solitarii; cui memoriz in annotatis subdit: Ex tabulis et monumentis ecclesiæ Ebolitane, quæ illum loco patroni habet, ac præcipue hæc die colit. Cujus Acta Romæ vidimus Ms. una cum Officio proprio, quo ante Breviarii correctionem Ebolenses utebantur. Suo itaque pondere

non